

KS. FRANCISZEK MAROŃ

MATERIAŁY ŹRÓDŁOWE DO DZIEJÓW KOŚCIOŁA W OBECNEJ DIECEZJI KATOWICKIEJ. PROTOKOŁY WIZYTACYJNE Z 1720 I 1721 R.

WSTĘPNA UWAGA

Obecny rocznik „Śląskich Studiów” zawiera pozostałe jeszcze parafie dekanatu bytomskiego, które nie zmieściły się w poprzednim tomie.

Zyglin. 3 XII 1720

Haec villa habet ecclesiam parochialem ligneam tituli Nativitatis BMV matricem, post conflagrationem veteris ecclesiae ut infra a. 1700 noviter aedificata circa a. 1703, benedicta cum facultate superiorum. In eadem ecclesia celebratur et divina uti in principali matrice peraguntur. Iurispatronatus sacrae caesareae majestatis. In hac ecclesia ciborium ligneum, coloribus ornatum, bene clausum, ubi in pixide Sanctissimum asservatur in mensa altaris maioris locatum. Expositiones fiunt pro festis paschalibus et intra octavam Corporis Christi. Reliquiae non sunt. Fons baptismalis ligneus in medio ecclesiae situatus, bene clausus, in quo pelvis aenea pro conservanda aqua lustrali, et est piscina ad pedem eiusdem fontis. Olea sacra in vasis stanneis 3 iunctis in armariolo parieti ecclesiae affixo asservantur. Altaria 3: Maius ligneum, continens in se imaginem Nativitatis BMV et mensam muratam cum portatili. II ligneum habens mensam muratam sine portatili. Sacrarium ligneum, in quo est mensa cum armariis pro conservanda suppellectili ecclesiastica, foribus claustro et sera pensili bene provisus clauditur. Suggestus ligneus parieti ecclesiae affixus. Chorus etiam ligneus picturis adornatum, parieti ecclesiae affixus, in quo stat organum v. 8. Confessionale I ligneum viridi colore pictum. Scamna integra. Tabulatum et pavimentum asseritum. Ad ecclesiam ostia bina, bene claustris et seris pensilibus provisa, quibus clauditur. Campanile ligneum, scandulis tectum prout et ecclesia, in quo sunt campanae 2 maiores, III minor in turricula supra ecclesiam. Coemeterium sepimentis ligneis obductum, scandulis tectum et ossarium antiquum. Item est oppidum Zyglinskie Gory sub hac parochia, in quo est ecclesia filialis ligneae tituli Assumptionis BMV, scandulis tecta, erecta a. 1666, consecrata per tl. olim Nicolaum Oborski a. 1670, die 8 V, cuius dedicationis dies observatur anniversaria dominica proxima post festum s. Margarithae. In hac ecclesia est ciborium ligneum, pictum in mensa maioris altaris situm, sed ibi Sanctissimum non asservatur, tantum tempore necessitatis. Baptisterium ligneum, mundum, pictum, in quo est pelvis aenea pro conservanda aqua lustrali et piscina ad gradus eiusdem baptisterii. Olea sacra in vasis 3 stanneis in armariolo parieti ecclesiae affixo asservantur. Altaria 3: Maius ligneum, tituli BMV Assumptae in coelum cum mensa murata consecrata. II ligneum, tituli s. Georgii, pictum cum mensa lignea consecrata. III ligneum pictum adornatum s. Joannis Baptistae cum mensa lignea, consecrata. Sacrarium ligneum et tabulatum, foribus ferro obductis, sera et claustro bene provisus

claudi solet, in qua est mensa cum armariis pro conservanda supellectili ecclesiastica. Suggestus ligneus, picturi ornatus, parieti ecclesiae appensus. Confessionale unum ligneum. Chorus ligneus, coloribus variis adornatus, in quo stat organum vocum 8, cuius ecclesiae pavimentum asseribus stratum et tabulatum. Ecclesia ipsa ostiis binis bene seris pensilibus et claustris provisus clauditur. Campanula supra ecclesiam in turricula lamina tecta, pro convocando populo ad divina audienda. Coemeterium sepimentis ligneis obductum, divisum in duas partes, in una parte sepeliuntur catholici, in altera lutherani. Reditus sive proventus ecclesiae parochialis in Zyglin: Habet agros videlicet post ecclesiam 5 stadia, in unoquoque stadio numerantur sulci 10. Item habet laneum agri inter agrum sculteti ex una parte et Mikoluszowa, ex altera 5 stadia, in unoquoque stadio numerantur sulci 28. Item habet agrum post villam Zyglin eundo ad oppidum Zyglinskie Gory 3 stadiorum, in unoquoque stadio numerantur sulci 20, qui ager est inter agros sculteti et Koscielnikowa. Item habet agrum Niwka dictum inter vias eundo ad oppidum Zyglinskie Gory. Item habet agrum similiter Niwka dictum ab agro Koscielnika incipiendo usque ad ipsum montem prope Brzenica extendentem, qui ager non adeo fertilis. Item habet 2 prata exigua versus oppidum iacentia, rusticis pratis contigna. Item habet 2 particula agri in villa Chechło. Item habet post domum plebanalem hortulaniam, ex qua potest esse 1 currus feni. Item oppidum Zyglinskie Gory pendit parochus Zyglinensi annuatim imperiales 13, unumquemque imperialem numerando per 30 bohemicos. Item ex agris praedialibus villae Zyglin fl. 12 penduntur missalia, ex unoquoque agro siliginis 2 verteliones et avenae totidem. Item habet decimam manipularem post agros certos per incolas Zyglinenses possesos, utpote Mikoluszowska et alios. Item a molitore Biebiela percipit parochus 2 verteliones avenae. Item habet ab incolis villae Zyglin missalia verteliones alias cwiertnie Gorskij miary semisex, medietatem de siligine et medietatem de avena. Item ex agro 1 in hac villa Zyglin, dicto Bartoszek, penditur decima manipularis omnis grani. Item in villa Chechło ex agris praedialibus percipit missalia per 2 verteliones siliginis et totidem avenae, nisi ex 5 agris licet plures inveniuntur. Item ex villa Nakło a 4 agris praedialibus penduntur missalia ex unoquoque agro metretae siliginis 2 et avenae totidem. Item ex praedio eiusque villae Nakło percipit parochus annuatim 12 fl. rh. Rector seu parochus suprascriptarum ecclesiarum tl. Michael Janowski, annorum 35, ordinatus pro presbyteratu a. 1709 sabbatho quatuor temporum pro festo s. Mathaei apostoli, quae fuit dies 21 IX per tl. olim Casimirum Lubienski, episcopum chełmensem. Institutus ad hanc ecclesiam a. 1711, die 4 IV. Approbationem producit. Habet residentiam cum atrio, in quo sunt hypocausta 2, unum cum camera pro se, alterum exiguum pro familia. Item habet hollodia, granarium, stabula. Fovet organarium, qui simul cantoris officium agit, quem salariat annuatim iuxta conventionem. Habet domum simul cum schola commodam. Ad hanc ecclesiam iure parochiali spectant villae pro administratione sacramentorum hae: Zyglin, oppidum Zyglinskie Gory, Chechło, Boruszowice, Nakło, Kuznice et praedium Truszyca, ex quibus pro confessione paschali numerantur personae 500. Sub hac parochia inveniuntur lutherani 6, iudaei vero cum uxoribus et liberis 10. Ordinatio pro ecclesia parochiali, illaque matrice in Zyglin: Omnia honeste et secundum ordinem fiant in ecclesia, praecipit s. Paulus ad Corinthios 1, c. 14. Proinde ultra munia rectoralia, pietatis, cultus Dei, vitae integrae, quibus qualitatibus ornatus est tl. Michael Janowski, loci huius rector, ex praesenti visitatione ad explenda sequentia ordinationis puncta obligatur, nimirum Sanctissimi renovationem quolibet die octavo non intermittet. Ciborium interne eleganti aliqua pictura exornabit. Baptisterium firmabit. Piscinulam in pede baptisterii elaborari curabit. Portatilia reparabit. Mappas 3 singulis altaribus interponet. Pavimentum in maiori choro distortum correctius et rectius explanabit. Executores testamenti tl. olim Jaguszowski, antecessoris sui immediati, quatenus executioni demandetur instabit, praesentemque ordi-

nationem nostram ad effectum deducet et testimonium paritionis eidem monstrabit in sequenti Deo dante congregatione decanali.

Lubcza. 4 XII 1720

In hac villa est ecclesia parochialis tituli s. Jacobi. Utrum consecrata non constat, sed ab antiquo anniversaria consecrationis dies celebrari solet dominica post festum Nativitatis Christi Domini. Iurispatronatus haeredis eiusdem villae. In hac ecclesia ciborium ligneum bene clausum in altari maiori locatum, ubi in pixide deaurata ex orechalco facta Sanctissimum asservatur. Expositiones fiunt pro festis Paschae intra octavam Corporis Christi et tempore indulgentiarum, quales habet pro festo s. Jacobi. Reliquias habet, sed non authenticas. Baptisterium ligneum sat arteficiore elaboratum, habens pelvim aeneam pro asservanda aqua lustrali et piscinam ad pedem eiusdem baptisterii. Olea sacra in vasis stanneis 3 iunctis in armariolo parieti ecclesiae annexo conservantur. Altaria 4: Maius lapideum tituli s. Jacobi, habens mensam muratam cum portatili. II ligneum in honorem BMV, continens mensam ligneam cum portatili, III s. Antonii de Padua, IV s. Adalberti lignea cum indulgentiis ad quinquennium concessis, habentia mensas ligneas cum portatilibus. Sacrarium muratum forniceatum. Pavimentum eius lateribus coopertum, foribus bene seris 2 provisus claudi solet, in quo est mensa cum armariis pro asservanda supellectili ecclesiastica. Suggestus ligneus parieti ecclesiae affixus, picturis ornatus. Confessionale 1 simplicis structurae. Chorus ligneus supra fores ecclesiae situs, in quo stat organum, noviter correctum. Scamna sunt bona omnia. Ecclesia ipsa lignea, scandulis tecta. Pavimentum asseritum et stabulatum, ostiis bene claustro et sera pensili bene provisus clauditur. Campanile ligneum, novum, scandulis tectum, in quo sunt campanae 2 maiores, III minor in turricula supra ecclesiam. Turris antiqua ecclesiae iuncta, in quo erant etiam campanae appensae, sed est collapsa. Coemeterium muro ductum, ad sacrarium situm, scandulis tectum.

Reditus sive proventus ecclesiae parochialis in Lubcza: Habet agros primum post ecclesiam ad confinia psarensia tendentem stadiorum 6, alterum post scholam inter cmethonales agros situm duorum scilicet laneorum aequivalentem rusticorum agris. Item habet prata 2, unum immediate post scholam, alterum post molam lubsensem in silva. Pagus Lubcza olim habebat cmethones 23, nunc autem 17. Isti persolvunt parochi annuatim siliginis metretas 9 totidemque avenae. Tabernator lubsensis quotannis persolvit parochi 20 bohemicos loco decimae manipularis ex agro Niwa dicto. Pszary pagus habet cmethones 6. Isti solvunt parochi decimam pecuniariam per 4 bohemicis. Babienice pagus totidem persolvit. Praedium de agris desertis debet solvere, sed non persolvit. Kamienica pagus pariter per 4 bohemicos una cum molitoribus solvit. Nobiles de agris desertis solvunt totidem. Lgota pagus est totus desertus spectans ad Woznicense dominium, hic pagus continet aliquot medios cmethones, qui persolvunt per 6 grossos decimam. Praedium in eodem pago tenetur ab antecessoribus persolvere 8 bohemicos ratione decimae, sed res est semper in lite. Rector seu parochus ecclesiae parochialis lubsensis tl. Mathias Salacinski, annorum 42, ordinatus pro presbyteratu a. 1702 sabbatho quatuor temporum post cineres, quae fuit dies 11 III per tl. olim Casimirum Lubieski, institutus ad hanc ecclesiam a. 1707, die 25 I per commisionem in persona tl. olim Joannis Pychowicz, decani bythomiensis. Habet mansionem muro obductam cum atrio et culina, in quo sunt hypocausta 2 cum cameris pro se, tertium ex aliqua parte pro familia, item hollodia, granarium, stabula. Fovet organarium, qui simul cantoris officium agit et salariatur per parochum, habet domum simul cum schola sitam, commodam. Ad hanc ecclesiam iure parochiali pro administratione sacramentorum spectant villae hae: Lubcza, Psary, Babienice, Kamienica, Lgotka et Mola, ex quibus ad confessionem paschalem numerantur personae 1000. Lutherani sub hac parochia reperiuntur 7 in curia Lusensi, iudaei 2.

Ordinatio pro ecclesia parochiali in Lubcza: Cum ad retinendas in officio atque informandos omni pietate homines nihil utilius et efficacius habeatur doctrina christiana ac praedicatione verbi Dei, volumus ac mandamus t. l. Matthiae Salacinski, loci huius rectori, quatenus parochianos suos diebus dominicis et festis rudimenta fidei et necessaria omnia ad salutem doceat: orationem dominicam, salutationem angelicam, symbolum apostolorum, decalogum, sacramentorum vim naturam et usum necnon praecepta ecclesiae iuxta synodalia decreta in catechismi explicatione explanet atque ad hos fontes suam doctrinam reducat. Sanctissimi quolibet die octavo renovationem non negligat. De salario organarii cum t. l. haerede atque parochianis conventionem faciat. De reparatione indelata suae ecclesiae cum iisdem utpote cum t. l. haereditario possessore et parochianis modos et medias ineat, muros coemeterii iam alias inchoatos Deo conciliante perficiat, baptisterium firmari et solidari curet, pelvim aeneam pro aqua lustrali sine mora procuret, laceratos libros usus ecclesiastico servientes, utpote graduale et psalterium, reparet. Ossa Christi fidelium iuxta praescripta Ritualis Romani adhibitis quam plurimis sacrificiis, orationibus, praevia intimatione huius sepulturae parochianis quamquam citissime tunculari et recondi faciat, amplius in cumulum ossarii imponi prohibeat, sed profundius sepelire in terrae visceribus demandet. Praesentemque ordinationem nostram cum fide executionis omnium et singulorum commissorum punctorum in sequenti congregatione decanali exhibeat et demonstret.

• *Wózniki oppidum. 5 XII 1720*

In hoc oppido est ecclesia parochialis tituli s. Catharinae virginis et martyris, iurispatronatus eiusdem oppidi haereditis, in qua ecclesia ciborium ligneum, intus depictum in mensa altaris maioris locatum, in quo Sanctissimum in pixide argentea deaurata asservatur supposito corporali. Expositiones fiunt pro festis parochialibus, intra octavam Corporis Christi et tempore indulgentiarum, quas habet pro festo s. Catharinae, s. Iosephi et Assumptionis BMV. Fons baptismalis lapideus cum tegetica in medio ecclesiae situatus, bene sera pensili clausus, in quo est pelvis cuprea pro conservanda aqua lustrali, ad cuius pedem piscina sita. Olea sacra in vasis stanneis tribus iunctis in armariolo parieti ecclesiae affixo. Altaria 3: Maius tituli s. Catharinae ligneum depictum, mensam habens lapideam, prosumitur, quod sit consecrata. Alterum in honorem BMV Częstochowiensis ligneum, deauratum, III ex opposito sub titulo BMV cum Jesulo et s. Joanne Baptista ligneum, coloribus adornatum. Ista 2 altaria habent mensas muratas cum portatilibus. Sacrarium muratum testudineatum ostiis bene claustro et sera pensili provisus clauditur, in quo est mensa cum armariis pro asservenda suppellectili ecclesiastica. Suggestus ligneus parieti ecclesiae appensus, simplicis formae, ad quem est confessionale ligneum antiquum. Chorus pro cantoribus ligneus, picturis adornatus, parieti ecclesiae appensus, in quo stat organum vocum 8. In hac ecclesia est capella murata, in qua est altare ligneum, pictum antiquae formae, tituli BMV Dolorosae, foribus, claustro et sera pensili provisus, clauditur. Ecclesia ipsa murata, scandulis tecta, de consecratione eiusque non constat, tamen dedicationis dies observatur dominica I post festum s. Michaelis. Pavimentum asseribus stratum, tabulatum tam in maiori quam in minori choro, depictum. Ecclesia ostiis binis claustris et seris pensilibus bene provisus clauditur. Campanile muratum, ecclesiae iunctum, scandulis tectum, in quo sunt campanae 3 maiores, IV in turricula supra ecclesiam. Coemeterium circa circum muratum, scandulis tectum, sed indiget reparatione. Est et alia ecclesia sive capella extra oppidum Wózniki lignea, scandulis tecta, tituli s. Valentini, Bartholomaei et Stanislai et haec reaedificata et benedicta a. D. 1721 (!), in qua est altare ligneum, mensam habens cum portatili. In medio supra ecclesiam est turricula, in qua campanula. Coemeterium sepimentis ligneis obductum, scandulis tectum. Dotem non habet et ap-

paratus pro celebratione missae sacrificii in eadem capella ex parochiali ecclesia woznicensi suppeditatur.

Reditus seu proventus ecclesiae woznicensis: Ecclesia haec praeter ipsum oppidum habet 2 ferricudinas suae curae subiectas, una Mrotkowa, altera Zielonego nuncupatas. Item aliquot in silva habitantes libertinos seu ut vocant Wolni et molitores. Item Sułow et Głazonka, qui ratione administrationis sacramentorum nihil pendunt parocho praeter aliquam vulgo Kołędę. Cives vero a singulis quartis lanei pendunt unam mensuram koziegłowiensem siliginis et totidem avenae. Decimaque pecuniaria grossos 4 et quamquam ad preces civium factas sub tl. olim Petro Tomicki, episcopo cracoviensi, quatenus iisdem civibus ex Libris Beneficiorum Retaxationum ecclesiarum parochialium dioecesis cracoviensis proventus ad ecclesiam in Wozniki extraderentur, quod etiam benigne annuit tl. Capitulum ecclesiae cathedralis cracoviensis, quia in Wozniki messalia 70 coreti siliginis et totidem avenae mensurae koziegłowiensis ibidem de agris advocatae decima manipularis, ibidem decima pecuniaria est et hoc ad praesens non dant. Extractum hoc habetur in a. 1585, die 6 IX. Cum itaque supranominati antiquitus fundati proventus in sua integritate non consistunt, certum numerum centum et aliquot mensurae koziegłowiensis videlicet siliginis et avenae determinare difficile, difficilius exprimere ita et vix 80 percipiuntur dictorum missalium mensurae, etsi quidem boni grani, sed quod deterius. Item habet census a diversis parochianis fundatos annue pro sacrificiis ad 40 fl. pol. Item habet agros, qui in usu et possessione sunt, est 1 integer laneus, medius laneus iacet contiguus inter agrum Wyciskowska rola dictum et hic a sinistra parte, a dextra vero inter agrum Lukaszowska rola nuncupatum. Latitudo dicti medii lanei continet 20 sulcos, longitudo incipiendo a via suburbana, quae ducit in Łąny, protrahitur usque ad piscinam Cuyłarowa dictam prope villam Ligota sitam. Alter medius laneus eiusque latitudinis et longitudinis prout supradictus, hic est positus in campo civili vulgo Kąty Mieyskie apelato, a sinistra parte inter agrum Węgierek, a dextra parte inter agrum Bazanik. Item in campo civili, Podlazię vocato, habet agrum Klin alias dictum seu cuneus eo, quod formam cunei imitetur, qui ab initio satis latus est, in fine vero angustus, hic iacet una ex parte inter quartam Pietruszczyna et ex altera parte inter quartam Stryzowa, non est tamen eiusdem longitudinis cum illis, sed statim desinit in monte Podlipie dicto. Pratum etiam habetur uti etiam arvum in Staromiescie circa tempellum s. Valentini, olim a tl. Stanisłao Brzezina advocato woznicensi in perpetua tempora donatum et hoc tantummodo hodie agros in usu et possessione habet, plures impia haeresis distraxit, divendit.

Rector seu parochus ecclesiae in Wozniki tl. Matthias Długarski, annorum 37, ordinatus pro presbyteratu anno 1709, sabbatho quattuor temporum pro festo s. Matthaei, quae fuit dies 20 IX, per tl. Olim Casimirum Lubiński, ad provisionem ecclesiae Vetero Tarnowicensis, ad hanc ecclesiam institutus a. 1716, die 21 VI. Approbationem produxit. Habet domum residentialem ligneam cum atrio, in quo sunt hypocaustum pro eo ipso et pro familia cum cameris et orto, ad quam et alia aedificia videlicet hollodia, granaria et stabula. Fovet organarium, qui cantoris et scholae officium agit, salariatque partim per parochianos, partim per tl. parochum iuxta conventionem, habet mansionem commodam simul cum schola et alia aedificia necessaria tam pro se quam pro pecoribus et pecudibus. Ad hanc ecclesiam iure parochiali pro administratione sacramentorum oppidum Wozniki cum 2 ferricudinis, ex quibus una Mrotkowa, altera Zielonego, villae Sułow et Głazonka, ex quibus ad confessionem paschalem numerantur personae 700. Est etiam hospitale pauperum ligneum, cum illud partim fundatum a beneficentia haereditarii domini, partim e largitate civium, qui provisores 2 de medio sui quotannis eidem hospitali constituunt et de proventibus annuatim ab iisdem provisoribus rationem exigunt, ideo non significatum. Parocho de censu et proventu huius hospitalis, paupe-

rum numerus in eodem hospitali aliquando augetur, aliquando minuitur, ideo determinate non specificatur.

Ordinatio pro ecclesia parochiali in Wozniki: Cum non alio animi fine praesens visitatio sit instituta, quam ut ex eadem catholicae religionis augmentum, disciplina, virtutum propagatio nanciscantur, proinde tl. Matthias Długarski, parochus loci huius, puncta sequentia adimplebit ex praesenti visitatione insinuata. Sanctissimum quolibet die octavo renovare non intermittet, doctrinam catechetica singulis diebus dominicis et festis parochianis suis tradet, matrimoniaque inter rudem et catholicam plebem contracta non confirmabit nec benedicet, donec prius 12 articulos fidei seu symbolum apostolorum, 7 petitiones seu Pater noster, salutationem angelicam, 10 mandata Dei seu decalogum, 5 praecepta ecclesiae, signum s. Crucis tamquam puncta scitu necessaria necessitate praecepti neosponsi bene didicerint. Piscinulam in pede baptisterii conteget, cinctorium coemeterii reparet, de censibus pauperum in hospitale degentium inquirat, omnes redditus vindicet, eosdem iuxta erectionem convertat, distribuat atque disponat, praesensque decretum ordinationis et reformationis nostrae in congregatione decanali praesentet.

Golonog, 17 I 1721

In hac villa est ecclesia parochialis tituli Nativitatis BMV, iurispatronatus tl. episcopi cracoviensis. In qua ecclesia ciborium ligneum, intus picturis ornatum, bene clausum, in mensa altaris maioris locatum, in quo Sanctissimum in pixide argentea asservatur supposito corporali. Fons baptismalis ligneus cum operculo in medio ecclesiae situs, bene sera pensili clausus, in quo pelvis aenea pro conservanda aqua lustrali. Piscinula a parte parietis ecclesiae annexa. Olea sacra in vasis 3 stanneis in armariolo parietis ecclesiae oppenso asservantur. Altaria 3: Maius ligneum, coloribus adornatum, continet in se imaginem Nativitatis BMV cum mensa murata consecrata, II minus, ligneum, depictum tituli s. Andreae, in quo mensa murata consecrata, III ligneum noviter extructum, tituli s. Antonii, habens mensam muratam cum portatili. Sacrarium muratum testudineatum, bene claustro et sera pensili clauditur, in quo est mensa cum armariis pro asservenda suppellectili. Suggestus parietis ecclesiae affixus, ad partem sacrarii situs, ligneus, simpliciter picturis adornatus. Chorus pro cantoribus ligneus, parietis ecclesiae annexus, antiquus, in quo stat organum vtrumque 9. Ecclesia vero ipsa murata, in monte sita, scandulis tecta, erecta a. 1675 per tl. olim Andream Trzebicki episcopum cracoviensem, a. 1678, die 17 IX consecrata, cum 2 altaribus superscriptis, cuius anniversaria dedicationis dies celebratus dominica I post festum Nativitatis BMV. Pavimentum asseribus stratum, tabulatum depictum et parietes ecclesiae, sed in maiori choro indiget reparatione. Ostia bina bene claustris et seris pensilibus provisa, quibus clauditur. Campanile ligneum, scandulis tectum, ecclesiae iunctum, in quo sunt campanae 2 consecratae per tl. olim Nicolaum Oborski, III minor in turricula supra ecclesiam. Coemeterium et ossarium lignea, scandulis tecta et indigent reparatione. Reditus sive proventus ecclesiae: Habet agros Suwałowska, Piotrowska, Parobieżowska, Katułowska sic dictos in campo Łaski nuncupato, iacentes cum pratis et aliis adiacentibus. Item in supplementum dotis habet laneum agri in villa Maiori Strzemieszycze Dudziński dictum. Item molendinum Bogorya nuncupatum in clavi Ślawkowiensi cum stagno Strachowiec dicto, cum omnibus et singulis agris, fundis, hortis, pratis, silvis; aliisque attinentiis et pertinentiis universis ad idem molendinum antiquitus spectantibus. Item habet aliquas particulas agri in variis locis tam pro se quam pro scholirega seu organario, prout istius ecclesiae privilegia, iura et documenta fusius obloquuntur.

Rector sive parochus huius ecclesiae tl. Matthias Straszynski, annorum 68, ordinatus pro presbyteratu a. 1672, sabbatho quatuor temporum Paschae, quae

fuit 3 IV per tl. olim Nicolaum Oborski, institutus ad hanc ecclesiam a. 1678. Approbationem produxit. Habet mansionem antiquam cum atrio, in quo sunt hypocausta 2 cum cameris, in altero vero hypocausto manet organarius, quem fovet et salariat iuxta conventionem. Habet alia aedificia inferius sub monte, scilicet hypocaustum seorsivum alias domum pro familia cum camera et atrio. Item pro commodiori mansione in alio siorsivo loco est domus lignea cum atrio et 2 hypocaustis et cameris, ad quam domum sunt hollodia, granaria, stabula. Ad hanc ecclesiam iure parochiali pro administratione sacramentorum spectant villae hae: Gołonog, Strzemieszyce Maiora et Strzemieszyce parva necnon Ząbkowice, ex quibus ad confessionem paschalem numerantur personae 620. Iudaei et acatholici sub hac parochia non sunt.

Ordinatio pro ecclesia parochiali in Gołonog: Cum doctrina sana tamquam religionis fundamentum semper in ecclesia vigere dicitur, proinde tl. Matthias Straszynski loci huius rector diebus dominicis et festis plebem sibi submissam pro sua et earum capacitate salutaribus verbis pascet docendo, quae ovibus scire necessarium et ad salutem annunciando eis cum brevitate et facilitate sermonis vitia, quae declinare, et virtutes, quas sectari oportet, ut poenam aeternam evadere et caelestem gloriam assequi valeant. Verba concilii Tridentini sess. 5, cap. 2. Caetera seram firmam ad occludendum fontem baptismalem apponet. Libros baptismatorum, copulatorum et mortuorum diligenter conscribet. Parochianos ad reperiendum indilate coemeterium, ubi illorum maiores in Domino requiescunt eademque sors moriendi, quos etsi vivos manet, monebit et obligabit, obviando autem cuivis. Aedificiorum ecclesiarum sponsae suae ruinae dictos parochianos sive tl. collatorem, ad quæ de iure, praxi et consuetudine reparatio spectat et pertinet ad contegendum ecclesiam monitis, persuasionibus atque omni meliori modo adducet, pavimento in maiori choro distortum ac plane disconveniens ad planum debitum reducet. Murum ecclesiae, ne magis in dies cadat, reformabit. Sanctissimum quolibet octavo die renovare non omittet, praesentemque ordinationem nostram in sequenti congregatione decanali producet cum fide et testimonio, quod eidem ordinatione nostra et decreto in toto satisfecit.

Woykowice Koscielne. 18 I 1721

In hac villa est ecclesia parochialis tituli s. Martini, episcopi, et s. Dorotheae, iurispatronatus haeredis eiusdem villae, in qua ecclesia ciborium ligneum in mensa altaris maioris locatum, in quo Sanctissimum cum debita munditia et bona clausura in pixide argentea deaurata asservatur. Fons baptismalis ligneus cum operculo bene clausus, in quo est pervis aenea pro conservanda aqua lustrali in capella Annuntiationis BMV situs et piscina a parte eiusdem locata. Olea sacra in vasis stanneis in armariolo parieti ecclesiae affixo asservantur. Altaria 3: Maius ligneum, per partes decoratum, in quo est imago picta BMV Maioris, habens mensam muratam consecratam. II in honorem s. Iosephi exstructum, a parte deauratum, in quo est mensa murata cum portatili. III tituli s. Antonii ligneum depictum, habens mensam muratam cum portatili. Sacrarium muratum cuius tabulatum eleganter depictum in capella annuntiationis BMV situm, foribus bene ferro obductis, claustro et sera pensili provisus clauditur, in qua est mensa cum armariis pro asservenda supellectili ecclesiastica. Ex opposito huius capellae est aliud thesaurarium alias thesaurarium cum fornice et debitis armariolis, quod foribus ferreis clausura bene provisus clauditur. In eodem sacrario est pavimento novum, asseribus stratum. Suggestus ligneus parieti ecclesiae affixus et per partes deauratus. Confessionale ligneum depictum. Chorus pro cantoribus ligneus picturis adornatus, in quo stat organum 8 vocum. Scamna bene disposita. Capellae in hac ecclesia sunt 2 muratae et forniceatae, in quibus sunt altaria, in quorum primo altare s. Crucis consecratum, ligneum, deauratum, cum mensa murata, in altero vero tituli Annuntiatio-

nis BMV ligneum, antiquioris formae partim deauratum, partim picturis ornatum. Confraternitas s. Rosarii ad hanc ecclesiam per modernum rectorem erecta et introducta a. 1692, die 19 XI, cui ab eodem rectore data est summa 2000 fl. locataque est et inscripta super bonis villae Woykowice Koscielne in castro severiensis feria IV post dominicam Judica a. 1713 idque pro promotore seu capellano eiusque confraternitatis. Ecclesia ipsa de lapidibus murata, testudineata, de novo scandulis tecta, consecrata in honorem s. Martini episcopi et s. Dorotheae, cuius dedicationis anniversarius dies celebratur dominica I post festum s. Bartholomaei. Pavimentum per totam ecclesiam asseribus stratum, fores binae ferro obductae, bene claustris et seris pensilibus provisae, quibus ecclesia occluditur. Campanile ex lignis et asseribus compactum, in quo sunt 3 campanae appensae, I maior noviter aucta et transformata necdum consecrata, II minor antiqua consecrata, III minima noviter comparata necdum consecrata. In summitate ecclesiae est turris noviter et eleganter extructa, in qua est signatura. Sepimentum coemeterii est muratum et tecturis coopertum. Ex coemeterio duplex agressus, unus a domo vicariali, alter a villa cum foribus et clausuris provisus.

Reditus seu proventus ecclesiae parochialis: Habet tl. parochus inquilinos 3 una die septimanatim laborantes. Item habet hortulaniam quondam 2 diebus laborantem, quam ad praesens organarius woykowicensis occupat gratis a moderno tl. rectore. Item habet tl. parochus agrum post Dębnik versus Siewior stadiorum 2 in latum, unumquidque stadium continet in se sulcos 250. Ibidem in campo est aliud stadium in longum protendens, in quo numerantur sulci 180. Item habet agrum in Chelcow ad montem 1 stadium continet sulcos 120, alterum tenet sulcos 90. Ibidem inferius est ager extirpatus stadiorum 4, continens sulcos partim 90 partim 100. Item in eodem campo est adhuc ager a parte meridionali stadiorum 2, unum quodque stadium continet in se sulcos 40. Hic ager est totus legatus et inscriptus moderni rectori et succedaneis eius per tl. Maiecki in castro severiensis. Item in alio campo versus Skala nuncupata sunt stadia agri 2, unumquodque stadium habet sulcos 60. Item in alio campo ad partem dextram viae tendentis Severiam sunt stadia 4, unumquodque stadium continet in se sulcos 21. Item in alio campo versus Tuksow ad granities przeczycenses sunt stadia 2, in uno sulci? in altero? numerantur. 3 agros supranominatos pacifice possidet tl. parochus. Item habet hortum post horrea plebanalia sulcorum 70, alterum hortum habet sub Skarszow ad piscinas sulcorum 40. Ibidem sunt 2 piscinae a 2 annis purgatae. Item in alio loco post horrea plebanalia sub quercibus sunt 3 piscinae parvae, verum non fructiferae ob defectum aquae. Item est stagnum post molendinum, distans medium miliari a villa Woykowice post silvam arbustis occupatum, consequenter nullum fructum ferens ob notabilem distantiam loci. Item sunt 2 prata ad hanc ecclesiam woykowicensem ab antiquo applicata, unum sub ferricudina woykowicensi in vicinia fundi tl. Dunin, alterum a granitie przyczycensi iacentia. Ex uno colligi possunt feni currus 3, ex altero 4. Item III pratum est super loco Stawisko Sarnowskie dicto, sed hoc pratum datum et concessum est per tl. Michaelem Maiecki ad vitae tempora tl. moderni parochi, ex quo colliguntur feni currus 10. Item tl. parochus woykowiensis habet decimam manipulearem post agros omnes tam praediales quam cmethonales villae Woykowice. Item post agros villae Malinowa universos similiter tam praediales quam cmethonales decimam manipulearem. Item habet in Dąbie decimam manipulearem post certos agros a pratis. Item habet in villa Tuliczow post omnes agros tam praediales quam cmethonales et in ferricudina woykowicensi post omnes agros praediales et cmethonales et post Ratanice. Item habet missalia a subditis in Golaca similiter de villa Dąbie quilibet cmetho extradit per 2 verteliones avenae mensurae severiensis, semicmetho per 1 vertelionem et hortulanus per medium vertelionem. Item tl. parochus percipit taczmo a subditis woykowicensibus, hoc est a semicmethonibus po garsci circiter 9 konopi omiadlonych a nieczesanych. Item

habet summas capitales, a quibus percipit tl. parochus provisionem. 1 marca latorum grossorum super Matthia cmethone villae Boguchwałowice a. 1476, quae reducta est ad grossos 48 per decretum castrense severiense 1621, feria II post festum s. Catharinae. Item 2 marcae super Zabagnie per tl. Matthiam Wieyski, inscriptum coram actis castrensibus severiensibus a. 1632 post festum Purificationis. Item summa 300 fl. inscripta fuit in bonis villae Tuliszw, verum translata in bona villae Woykowice Koscielne coram actis castrensibus severiensibus feria IV post dominicam Invocavit a. 1696 ex fundatione tl. Myszkowski. Item summa 2000 fl. pol. transportata de villa Dąbie et per tl. Michaellem Maiecki in scripta super bonis villae Woykowice Koscielne coram actis castrensibus severiensibus feria VI post Pentecostes a. 1696. Item summa 500 fl. Item summa 100 fl. Item summa 300 fl. Item summa 2000 fl. super bonis villae Pienicyce haereditatis tl. Kotwicz coram actis castrensibus severiensibus post dominicam Reminiscere sabbatho a. 1698, approbata vero eodem anno die luna 18 V. Item summa 400 fl. super bonis Kuznica Woykowska, inscripta coram actis castrensibus severiensibus in vigilia s. Matthaei apostoli 1654 a. Item summa 200 fl. super bonis villae Gora per tl. Jacobum Zarski et 100 fl. coram actis castrensibus severiensibus feria VI post dominicam Exaudi a. 1694. Item summa 200 fl. per tl. Annam Odysławowa super iisdem bonis villae Gora post dominicam Jubilate a. 1678. Haec eadem summa est data per tl. Franciscum Bonaventuram Maiecki iudaeis cracoviensibus et per eosdem inscripta cum summa Kusiensi coram actis castrensibus Cracoviensibus a. 1681 feria V post festum Trium Regum. Item est summa 200 fl. a pie defuncto Paulo Worowy, incola et cive Severiensi inscripta ad rosarium woykowiense super sortibus villae Wieysce haereditatis tl. Sewierczowski coram actis castrensibus severiensibus feria VI in crastino festi Corporis Christi a. 1708. Item summa 2000 fl. data ab tl. Casimiro Dobrakowski ad rosarium, transportata in bona villae Woykowice Koscielne per tl. Michaellem Maiecki coram actis castrensibus severiensibus feria IV post dominicam Judica a. 1713

Rector sive parochus huius ecclesiae parochialis woykowiensis tl. Dobrakowski, iuris utriusque doctor, protonotarius apostolicus praepositus et officialis perpetuus pilecensis, annorum 64, ordinatus ad presbyteratum a. 1681, festo s. Luciae per tl. olim Joannem Małachowski, episcopum cracoviensem, institutus ad hanc ecclesiam a. 1695, die veneris 20 VII. Approbationem produxit. Habet domum residentialem cum suis omnibus aedificiis, hypocaustis pro se et pro familia, hollodiis, horreis, granariis, stabulis aliisque adhaerentiis. Habet vicarium tl. Joannem Valentinum Zagorski, annorum 29, qui et capellanus est Rosarii, ordinatus est pro presbyteratu a. 1716 sabbatho, quae fuit dies 11 IV per tl. Michaellem Szembek, suffraganeum cracoviensem. Applicationem et approbationem produxit, cui pro singularibus quartalibus dat fl. 30 pol. et intuitu obligationum percipit censum fl. 140 annuatim, idque pro summa capitali 2000. Qui vicarius habet residentiam seorsivam cum hypocaustis, cameris et stabulis tum et etiam promotorialem Rosarii cum suis aedificiis et horto. Idem rector fovet organarium simul et rectorem scholae, qui simul quartalibus percipit florenos 10 et iterum pro decantatione Rosarii fl. 2. Idem organarius habet stadium agri sulcorum 80 extra villam versus Przeczyce. Ad hanc ecclesiam iure parochiali spectant villae Woykowice Koscielne, Kuznica Woykowska, Wareczyn, Dąbie, Olaca, Malinowice, Wieyscy, Tuliszw, ex quibus ad confessionem paschalem numerantur personae 789. Sub hac parochia est iudaeus in villa Wieysce in braxatorio, qui fovit familiam catholicam, et lutheranam, consors Joannis Głębocki in villa Warczyn. Hospitale est ad hanc ecclesiam ligneum, scandalis tectum, in quo degunt 2 pauperes, qui habent hortum et summam capitalem 100 fl., a qua percipiunt fl. 10.

Ordinatio pro ecclesia parochiali in Woykowice: Ad vitae et functionum perfectionem nullas considerabiles tl. Casimiro Dobrakowski, praeposito et officiali, loci huius rectori propono. Quia novit perbellam sacerdotalem et recto-

ralem obligationem, neque est monendus, quia non tantum seipsum determinat ecclesias sibi incorporatas, videlicet Pilensem et Szaniecensem gubernet, sed visitandi parochias in decanatu lelowski consistentes ad 41 ascendentes suae praepositurae pilecensi subiectas iuris praerogativam ex antiquo habet. Caeterum pro memoria sequentia puncta nonnisi relinquimus. Nimirum doctrinam catechisticam iuxta reformationes Szyszkovianas aut alicuique catechisticae auctoris suis parochianis singulis diebus dominicis et festis deambulando per ecclesiam per interrogationes breviter et faciliter per se vel suum vicarium ad parochianos non ex ambona tradet, potissimum explicando mysteria ss. Trinitatis, Incarnationis, munerum sacramentorum et alia ad salutem parochianorum necessaria. Matrimonia inter parochianos contracta non benedicet, nisi prius 7 petitiones alias dominicam orationem, salutationem angelicam, signum s. Crucis et symbolum Apostolorum nimirum 12 articulos fidei optime sciant. In hospitale pauperes debiles foveat, laborare non valentes ad servilia opera non adiget. Praeterea die octavo Sanctissimi renovationem non omittat. Praeterea omnia faciet pro officio suo pastoralis, cui redditurus est Pastor pastorum mercedem copiosam laboris.

Będzin oppidum. 19 I 1721

In hoc oppido est ecclesia parochialis tituli ss. Trinitatis, iurispatronatus sacrae caesareae majestatis. In hac ecclesia ciborium ligneum, deauratum, bene clausum, in quo Sanctissimum in pixide argentea supposito corporali asservatur. Expositiones fiunt pro festis paschalibus et intra octavam Corporis Christi et aliis festis BMV respectu confraternitatis s. Rosarii. Fons baptismalis decenter extructus in loco debito situatus, bene coopertus et clausus, continens in se lebetem aeneum pro asservanda aqua lustrali. Olea sacra in vasis stanneis 3 iunctis in armariolo bene clauso a parte maioris altaris locata asservantur. Altaria 5: Maius ligneum deauratum tituli ss. Trinitatis habens mensam muratam cum portatili. II ligneum deauratum in honorem s. Rosarii, continens in se imaginem BMV in coelos assumptae, in quo altari mensa murata cum portatili. III tituli s. Annae ligneum antiquum, partim inauratum, partim depictum, continens in se mensam muratam cum portatili. IV novum ligneum, pictum per partes, deauratum, tituli s. Iosephi, in quo est mensa lignea cum portatili. V ligneum simplicis formae, tituli s. Crucis, cum mensa lignea sine portatili, sed apponitur portatile, quando absolvenda est missa. Sacrarium muratum, testudineatum, in quo sunt mensae cum armariis pro conservanda suppellectili ecclesiastica. foribus ferro obductis, claustro et sera pensili clauditur. Suggestus ligneus depictus, parieti ecclesiae affixus. Confessionalia 2 noviter extructa. Chorus pro cantoribus ligneus depictus, in quo stat organum vocum 10. Confraternitas s. Rosarii fundata et erecta a. 1658 per tl. Stephanum Konieczpolski, capitaneum, będziński, introducta partim per parochianos, partim per alios nobiliores. Ecclesia ipsa murata, scandulis tecta, in honorem ss. Trinitatis consecrata, cuius consecrationis dies annua celebratur dominica I post festum Assumptionis BMV. Pavimentum asseribus stratum, tabulatum pictum, fores ad ecclesiam magnae, bonae, lignae, claustro et sera pensili provisae. Campanile ligneum ad latus ecclesiae bene tectum sicut et ecclesia, in porta coemeterii ad occasum situm. Coemeterium circa eandem ecclesiam muro cinctum et tegulis tectum.

Reditus et proventus huius ecclesiae: Habet pro dote agros laneum incipientem ab horto plebanali, in quo horto est lacus seu piscinula desolata et ex contiguitate habet alium hortum retro ad viam Siedlec. Iste hortus est sulcorum 20. Item ex contiguitate eiusque horti versus flumen Przemsza dictum habet pratum. Item habet III hortum versus villam Malobądz, commutatum cum xenodochio ab antiquo pro horto, qui est post portam cracoviensem ad aedes xenodochii adiacens. Laneus vero dictus protenditur versus orientem, qui incipit ab horto Anyzowy et terminatur in loco Poręba, qui laneus ab initio horti

est sulcorum 40 et sursum versus extenditur ad 60 sulcos, stadia in se continens ad pratum vulgo dictum pod Kmieciami 22, quos 3 vel 4 stadia partim ob nimietatem arenae, partim ob ebullientem aquam rarissime seminantur ex contiguitate eiusque prati dicti pod Kmieciami. Protenditur dictus laneus, in quo sulci indirecte arantur, qui inveniuntur 68, sed inutiles propter ut supra nimietatem arenae. Post istos sulcos 2 stadia adhuc deberent pertinere ad dictum laneum, sed ob negligentiam antecedanorum parochorum seminantur pro praedio arcis będzinensis. Post quae stadia prope sequitur pratum dictum w Palkach, quod pertinet ab antiquo ad parochum będzinensem et est in pacifica possessione modernus parochus eiusdem prati. Iterum est alterum pratum pod Kmieciami dictum, quod extenditur per laneum Woytowski dictum. Item habet alios agros circa sacellum s. Thomae ab oriente iacentes sulcorum brevissimorum in fundo lapidibus obruto plus minus 60. Item habet etiam agrum stadiarum 2 in se continentes sulcos 50 in contiguitate sacelli s. Thomae versus fluvium Przemsza protendentem inter agros praediales ex una et altera parte Palczowskie dictos. Item habet agros applicatos ecclesiae pro parochis inscriptos in fundo civitatis, primi dicuntur Gorączowskie, quarta pars lanei, qui incipit post praedium plebanale et protendit usque ad Cmolas. Prima stadia 5, per sulcos 10 in Cmolas 3 stadia, inter quae pratula plebanalia et particula agri possibiles ad conseminationem signanter tempore siccitatis annuae. Item ad latus fundi huius sunt stadia 3 in longum, in 1 quoque stadio inveniuntur sulci 20 plus minus et iste ager vocatur Socakowska rola, alio titulo Organistowskie, qui agri sunt onerosissimi parochi, nam ab illis tenetur parochus ad exolvenda onera civilia, qui agri in humido nimis et aquoso loco iacent. In facie horum agrorum versus civitatem est pratulum Mrowce vocatum. Item alterum pratum in Cmolco versus fluvium Przemsza, nuncupatum Koła Plebanskie. Item III pratum inter fluvios dictum Barwinkowska emptum. Item versus Małobądz 2 pratula nad Jarem nuncupata, unum Malarzowska, donatum a civitate, alterum emptum Sochocowska dictum. Decimae: Pro sustentatione habet curatus decimas manipulares I ex villa Małobądz et in altera parte est, quae dicitur Gzichow, ex agris tam praedialibus quam cmethonalibus, hortulanis, molendinis, caeterisque quomodolibet incolis. Item ex villa Sarnow et altera parte Preczow ex agris tam praedialibus, quam cmethonalibus, hortulanis, inquilinis, caeterisque incolis, etiam ex hortis, ubi penes hortensia semina granum hyemale vel aestivale seminatur, tum ex piscinis desertis, quae seminantur. Item de villa Sanow habet 4 metretas avenae, item habet decimam pecuniarum ex agris civium valoris 45 fl. et a 6 laneis civilibus fl. 60. Item habet decimam manipulearem ex agris praedialibus będzinensibus. Item ex laneo, dicto Lan Woytowski fl. 20. Item de agris hortulanorum villae dictae Dąbrowa alias Konieczpolska Wola fl. 20 currentis monetae. Foundationes: a. 1693 feria VI tl. Albrachtus Strus vexillifer wielmensis censum inscripsit ecclesiae fl. 700 in castro cracoviensi. Eodem anno feria II ante festum Joannis Baptistae ibidem idem eidem parochi będzinensi et succedaneis eius auxit fl. 359, quam censum tl. Andreas Strus castellanides będzinensis transtulit officiose in bona sua haereditaria dicta Laganow una cum capitali a. 1717, feria IV post festum Visitationis BMV in castro cracoviensi, pro quo censu specificato tenetur parochus per se vel substitutum quolibet die veneris in ecclesia st. Thomae Cantuariensis extra muros sita pro fundatoribus alternatim semel pro vivis altera die veneris pro defunctis sacrificium missae celebrare. Item in villa Pogonia in sorte tl. Martini Miroszowski et tl. consortis Barbarae in castro severiensi a. 1703 feria IV post festum Conversionis s. Pauli inscriptorum per tl. olim Joannem Kotulecki antecedaneum parochum nimirum tynfonum 90 pro summa capitali 150 tynfonum, pro qua fundacione tenetur parochus będzinensis quolibet mense 3 missas pro anima Joannis absolvere. Item in eadem villa Pogonia, in sorte supradicti tl. Martini Miroszowski et tl. consortis eius est altera obligatio a 1500 fl. pol. inscriptis in castro severiensi per tl. olim Laurentium

Kilian in Bucholowice haeredem, a quibus similiter in vim census reemptionalis tenetur praefatus tl. Martinus Miroszowski quotannis pro festo s. Michaelis uti et ut supra fl. pol., pro quibus parochus będzinensis 3 missas de requiem quolibet mense pro anima tl. Laurentii Kilian fundatoris absolvere. Item fundatio pro vicario będzinensi inscripta a tl. Strus castellanide będzinensi a fl. 800 in civitate będzinensi locatis pro missae sacrificiis absolvendis. Item pro eodem vicario fundatio II per tl. Alexum Alexandrum Wronski, administratorem capitaneatus będzinensis in castro severiensi 1718, feria II ante festum s. Michaelis in bonis villarum Dobieszowice, Tabkowice et ferricudina haereditatis tl. Joannis Adolphi Frankenberg a summa capitali 800 fl. pol. inscriptorum, intuitu cuius foundationis missa pro fundatoribus iuxta ordinationem officii loci ordinarii tenetur cum suis successoribus absolvere tl. vicarius. Item fundatio pro organario ecclesiae będzinensis in bonis villae Małobądz, videlicet 4 modii vulgo wiertelci siliginis et 3 modii hordei, item 3 modii ciceris annuatim organario debentur. Item is idem organarius habet censum in synagoga iudeorum będzinensium in scriptum fl. 14 a summa capitali 200 fl. pol. Item idem organarius ecclesiae będzinensis habet foundationem in civitate będzinensi fl. pol. 16 in Kelek inscriptorum. Item habet hortum sulcorum 6 w Łęgu. Item possidet aliquos sulcos agri circiter 18 respectu dealbationis corporalium et aliorum apparatusum ecclesiarum ad mundationem spectantium. Item iudaei synagogae będzinensis tenentur pro quolibet quartali ad eandem ecclesiam będzinensem extradere saeni mundi pro lampade ad Sanctissimum libras 15. Item ratione accidentium 30 fl. debent 9 messores ad colligendum frumentum tl. parochus tempore messis semel statuere. Item sunt aliae fundationes minores in laneis civium pro cera et vino ad ecclesiam będzinensem prout in antiquis inventariis eiusque ecclesiae specificantur. Item est fundatio pro studiosis in universitate cracoviensi studentibus 3000 fl. pol. in bonis villae Twardowice 2000, in villa vero Siemonia 1000 fl. per tl. Sigismundum Zygmuntowicz, praepositum mysłowicensem in castro severiensi inscriptorum, utpote pro 3 studiosis de linia fundatoris vel in defectu horum de Będzin oriundis, pro quibus Burcana ex censu ab eadem summa annuatim per tl. parochum będzinensem persolvi debet. Item habet parochus będzinensis praedictum in suburbio cracoviensi in horto plebanali situm, penes quod sunt aliquae gazae per cives będzinenses aedificatae pro inquilinis ad parochum spectantibus. Item est alia ecclesia sive capella extra muros oppidi będzinensis, quae est lignea, scandulis tecta, tituli s. Thomae Cantuariensis, episcopi et confessoris, non consecrata, in qua est altare unum ligneum antiquum per partes depictum tituli eiusdem s. Thomae, supra quam ecclesiam in turricula est campanula. Haec ecclesia non habet certam dotem. Rector sive parochus ecclesiae parochialis będzinensis tl. Adalbertus Ciołkowic, decanus bythomiensis, annorum 54, ordinatus ad presbyteratum a. 1691 die 10 III per tl. Stanislaum Szembek, institutus ad hanc ecclesiam ante annos 12. Approbationes produxit. Habet residentiam ligneam novam scandulis tectam, cum atriis binis, in quibus sunt hypocausta pro parochus et pro familia. Habet et alia aedificia, utpote hollodia, granaria et stabula, ad quae aedificia habet hortum 7 sulcorum et in circuita arbusculas pomorum, qui hortus circumductus partim muro civitatis, partim asseribus novis. Fovet vicarium tl. Joannem Uniszowski, provisum, annorum 33, qui ordinatus pro presbyteratu a. 1717 sabbatho quatuor temporum ante dominicam IV adventus, quae fuit dies 18 XII, per tl. Michaellem Szembek. Approbationem produxit. Salariatur a tl. parochus fl. 120 annuatim et aliam habet foundationem respectu absolventiarum obligationum, de qua fit mentio superius. Item est capellanus confraternitatis s. Rosarii, tl. Joannes Jacobus Sobczykiewicz, ordinatus ad presbyteratum a. 1703, dominica I Quadragesimae, quae fuit 25 II per tl. olim Casimirum Lubiński, institutus ad hanc capellaniam rosarianam a. 1709. Approbationem produxit. Habent suas mansiones tum capellanus quam vicarius distinctas et commodas, et quidem vicarius prope coemeterium ecclesiae ad

muros civitatis ad orientem, capellanus vero ad occidentem cum hortulo parvo ante fenestras. Ad latus huius hortuli est domus sive schola pro instruenda iuventute cum cameris et atrio. Organarium fovet, qui simul et cantoris officium agit et habet domum seorsivam pro residentia cum cameris et atrio, qui salariatur a tl. parcho, partim ex foundationibus. Fovet etiam campanatorem, quem salariat parochus iuxta conventionem. Ad hanc ecclesiam iure parochiali spectat Będzin oppidum et villae Małobądz, cuius altera pars vocatur Grichow, Sarnow, Precow, Piekło, Dąbrowa seu Koniecpolskie, ex quibus ad confessionem paschalem numerantur personae 500. Hospitale extra portam cracoviensem situm, mediocriter commodum cum atrio et camera nova ex opposito, pro sustentatione pauperum, quorum personae sunt 7, habent hortum immediate post aedificium versus orientem sulcorum 14, qui hortus olim pertinebat ad parochum, sed commutatus pro alio horto. Item ex variis foundationibus civium habent annuatim fl. 25 et grossos 14, de quibus provisores dant rationes quolibet anno. Item habent inscriptas 1000 fl. in bonis villae Małobądz in sorte tl. Casimiri Miroszowski, vexilliferi ducatus severiensis, qui frumento census hospitale exsolvere solet. NB: Capellanus s. Rosarii habet census in variis locis, signanter in fundis civium będzinensium, videlicet in hortis, pratis, agris possessionis eorundem inscriptos, ex quibus annuatim provenit summa fl. circiter 504 grossorum 12 pro eodem capellano, ministris et allis necessitatibus eiusdem confraternitatis.

Ordinatio pro ecclesia parochiali będzinensi: Tl. Adalbertus Ciołkowic, rector loci huius et decanus bythomiensis, monitis et reformationibus nostris non indiget. Caeterum quae vidimus et observavimus pauca ex visitatione peracta intimamus, nimirum quatenus singulis diebus dominicis et festis tempore matutino sive per se sive per suum vicarium populo divina eloquia maxime ad salutem humanam necessaria, quae sunt sectanda, quae vitanda ad vitam aeternam consequendam, similiter virtutem et effectum sacramentorum necnon mysteria creationis, redemptionis, vocationis ad s. fidem, ss. Trinitatis, incarnationis et caetera explanet atque explicet. Portam ad capellam confraternitatis s. Rosarii reparet, cassulam albam laceratam corrigi demandet. Divinum officium ante horam 11 absolvat. Confraternitatis s. Rosarii sessiones intermissas ad orbitam antiquam reduci easdem reassumi curet. Mundinationes, compotationes, conestationes in oppido ante missam praesertim in domibus iudeorum fieri consuetas prohibeat. Reliqua omnia, quae spectant ad curam et sollicitudinem pastorem quam diligentissime ad exemplum et imitationem aliorum exequatur ac adimpleat.

Czeladz oppidum. 20 I 1721

In hoc oppido est ecclesia tituli s. Stanislai episcopi et martyris, iurispatronatus tl. episcopi cracoviensis, in qua ecclesia ciborium ligneum, deauratum, bene clausum, in quo Sanctissimum in pixide argentea supposito corporali asservatur. Expositiones fiunt pro festis paschalibus, intra octavam Corporis Christi et tempore indulgentiarum, quas habet pro festo s. Stanislai episcopi et s. Joannis Baptistae. Reliquiae non sunt. Fons baptismalis lapideus in medio ecclesiae situs, bene coopertus et clausus, in quo lebes aeneus pro conservanda aqua benedicta. Olea sacra vasis stanneis 3 in decenti loco servantur. Altaria 4: I ligneum variis coloribus ornatum, deauratum, tituli s. Stanislai tutelaris eiusdem ecclesiae, consecratum, cum mensa murata. II etiam ligneum, partim depictum, partim deauratum tituli BMV cum mensa murata, consecrata. III s. Annae eiusdem structurae, consecratum, cum mensa murata. IV parvum ligneum, depictum, antiquae structurae, tituli BMV Assumptae, in quo non celebratur. Sacrarium muratum, testudineatum, bene foribus, claustro et sera provisus occluditur, in quo sunt mensa cum armariis pro asservanda suppellectili ecclesiastica. Suggestus ligneus, decenter depictus, parieti ecclesiae affixus, cum imagine s. Xaverii. Confessionalia lignea 3 simplices, IV ligneum decentis struc-

turae pro rectore ecclesiae. Chorus ligneus picturis adornatus pro cantoribus, in quo stat organum antiquum, quod indiget notabili reparatione. Scamna lignea bene disposita. Capella in hac ecclesia est murata, testudineata, dicta Kreczykoviana, in qua est altare ligneum, partim depictum, partim deauratum, tituli BMV, habens mensam muratam cum portatili, in qua capella decantatur officium BMV diebus festivis et dominicis, cum indulgentiis fundata a. 1692, die 8 II. Item est confraternitas s. Annae ad praedictum altare eiusdem s. Annae, fundata et dotata proventu exiguo videlicet fl. 400 in vim absolvendarum votivarum feriis III, reliquum ex eleemosynis. Ecclesia ipsa murata, testudineata, in aliquibus locis rupta, consecrata, cuius dedicationis annua dies celebratur dominica I post festum Omnium Sanctorum, ostiis binis ferro obductis claustris et seris pensilibus clauditur. Campanile ligneum, scandulis ex parte veteribus tectura, ad quod porta deest, asseribus compactum, in quo sunt campanae 2 maiores, III minor in medio tecti supra ecclesiam in turricula. Coemeterium muro obductum, in quo oppidani et parochiani sepeliuntur. Reditus sive proventus ecclesiae parochialis in Czeladz: Habet summam 70 fl. pol. in palatinatu cracoviensi, districtus leloviensis, legatam per nobilem Sigismundum Ronemberk Nawliski, modo haeres eiusdem villae tl. Pocięy Campi, dux Lithuaniae. Item habet summam a vaccis ecclesiasticis 31 et media fl. 36. Item summam 118 fl. grossorum 26, quam summam percipiunt aeditui. Item habet summam capitalem 1070 fl. pol. ex piis legatis, a qua summa provenit census fl. 113 grossorum 6 pro missis et anniversariis per parochum absolvendis. Item habet agrum Poswiątne dictum, qui se extendit a via ex molendino inferiori ad pontem et terminatur ad confinia villae Dąbrowka. Item habet prata, quae incipiunt a pascuis dictis Woykowskie Łąki et terminantur post versus oppidum Czeladz. Item percipit missalium ex 30 laneis et 2 advocatis 1 vertelionem siliginis et 5 avenae ac 16 grossos columbationis dictos. Item ex villa Mileowice ex 10 laneis et Dąbrówka desertata 5 cmethonalibus ac praedialibus ex singulis laneis 1 metretam siliginis et alteram avenae. Item de villa Siemianowice ex agris praedialibus habet decimam manipulearem, quam parochus michałkowicensis protendit, ideo hucusque suspenditus et ex 8 laneis cmethonum eiusdem villae avenae 30 verteliones. Item de villa Przelayka ex agris praedii inferioris decima manipularis, a cmethonibus vero 12 metretas siliginis et totidem avenae iuxta decretum 1696 a. die 16 V in iudicio consistorii cracoviensis latum. Item de villa Woykowice ex 14 laneis cmethonum habet per metretam semitertiam siliginis et avenae 4. Item de villa Dąbie habet decimam manipulearem ex 6 laneis cmethonum et 2 scultetorum, quam alternatim cum castro sive arce severiensi percipit. Item de villa Rozdzien habet decimam manipulearem de 15 laneis cmethonalibus. Item de villa Klimontow et Siedlec habet decimam manipulearem, singulae ex 12 laneis cmethonum. Zagorze vero ex 15 et hae posteriores 4 pertinent in Mysłowice ratione administrationis sacramentorum, de quibus exdecimatur ex praedialibus mere et hortulanis. Item decima manipularis ex molendino inferiori czeladiensi et Niwka advocatae czeladiensis. Sciendum autem certe decimas et missalia descripta de toto numquam recepta, ut registra antecessorum docent et iure violantur. Rector sive parochus ecclesiae parochialis in Czeladz tl. Jacobus Kopecki, annorum 41, ordinatus fuit ad vicariatum ecclesiae cathedralis cracoviensis, presbyter factus a. 1705, dominica I post festum Circumcisionis, quae fuit dies 4 I per tl. olim Casimirum Lubiński, institutus ad hanc ecclesiam in Czeladz per concursum a. 1718, die 11 IV. Approbationem non produxit. Habet mansionem muratam, scandulis tectam, cum atrio, hypocausto et camera pro se, inferius vero aliud hypocaustum pro familia, et alia aedificia, utpote hollodia, granaria, stabula, ad quem mansionem habet hortum, in quo sunt variae arbores pomorum, prunorum et aliorum fructuum. Fovet rectorem scholae et organarium, qui simul officium cantoris agit, salariatque eos tl. parochus annuatim iuxta conventionem. Ex opposito coemeterii est schola pro exercendis pue-

ris, ad quam habent mansiones tam organarius quam rector scholae commodas ligneas cum hypocaustis, cameris et stabulis. Ad hanc ecclesiam iure parochiali pro administratione sacramentorum spectat oppidum Czeladz et villae Woykowice Komorne, Przelayka cum praediis, Siemianowice, Sadowki alias Głębocza cum molendino et Dąbrówka, ex quibus ad confessionem paschalem numerantur personae 1000. Sunt ad hanc ecclesiam capellani 2: tl. Bartholomaeus Stuszynski, annorum 34, ordinatus ad presbyteratum a. 1713, sabbatho ante dominicam Passionis, quae fuit 1 IV, per tl. Michaellem Szembek, institutus ad hanc capellam BMV foundationis Kreczykoviana a. 1718, die 21 VII, quae capella habet summam 2000 fl. Approbationem non produxit. Il capellanus seu altaris tl. Casimirus Baranski, annorum 38, presbyter factus a. 1713, sabbatho ante dominicam IV adventus die 23 XI (!) per tl. Szembek, institutus ad altare BMV in ecclesia czeladiensis fundato, quod altare habet summam capitalem 5000 fl. in villis Pogonia, Chroszczobrod et oppido. Approbationem produxit. Qui praefati capellani habent domos seorsivas bonas, scandulis tectas cum atriiis, hypocaustis et cameris pro se et pro familia. Habent et alia aedificia, videlicet hollodia, stabula. Hospitale ligneum, scandulis tectum intra domos tam altaris quam capellani situatum, in quo sunt hypocausta, in quibus ad praesens manent pauperes 7 e regione. Est cubiculum pro custode. In cuius hospitalis porta est figura Crucifixi et imago BMV. Fundatio eiusdem: I tl. Andree Trzebicki, episcopi cracoviensis summae 300 fl., a qua summa fl. 10 pro vestimentis de villa Pienczyce provenit, II tl. Andree Skarzynski, parochi in Czeladz, census fl. 30 per tl. altaris BMV solvendus aequae annuus, III variorum legatorum in domibus et agris oppidanorum czeladiensium locatorum, quae alia maiora, alia minora ascendunt summam fl. 474, a qua summa census provenit annuatim fl. 30.

Ordinatio pro ecclesia parochiali in Czeladz: Qui animarum curam egerunt, tenentur Deo rationem strictam reddituri. Proinde tl. Jacobus Kopecki, loci huius rector non tantum ex zelo christianae charitatis, sed ex incumbencia et obligatione rectorali parochianis suis singulis diebus dominicis et festis doctrinam catechisticam tradet, eosdem orationem dominicam 7 petitiones continentem, symbolum apostolorum, 12 articulos fidei complectens, signum s. Crucis, tamquam munimen corporis et animae necnon salutationem angelicam, mysteria fidei, videlicet fidem, spem et charitatem docebit. De fructu catechisticae disciplinae traditae per interrogationes deambulando suaviter, charitative examinabit. Ossa fidelium defunctorum per coemeterium sparsim iacentia colliget in unum cumulum et praevia obdestinatione suorum parochianorum pro maioribus suffragiis stata die iuxta praescriptum ritualis decentissime sepeliri curabit. Carbonam ad confraternitatem s. Annae pro conservatione colligendarum elemosynarum ad usus et necessitates eiusque societatis comparabit, a qua cista unam clavim parochus, alteram seniores confraternitatis habebunt et exigenti necessitate pro comparandas suppellectilibus seu alias quomodo ipsis visum erit, expendent, exponendorum rationem connotando. Marcas 100 in vim poenarum pro delicto custodibus impositas ecclesiae applicatas ab iisdem custodibus indilate recipiet, easque usibus et necessitatibus ecclesiae applicabit. Commissionem cum executoribus pia memoriae tl. Nawdziewicz expediri curabit, ut protendentes quam totius pacificentur. Organum destructum indilate reparari non negliget neque amplius intermitteret. Imperiales 12 per tl. olim Hedwigem Mularka pro ecclesia in Czeladz legatos in restaurationem campanilis convertet. Fructum annum apium ab alvearis tl. Nawdziewicz dictae Mularka ordinatis similiter pro usu ecclesiae convertet. Sanctissimi renovationem quolibet octavo faciet. Approbationem ad excipiendas confessiones coram nobis in visitatione non productam cum supramemorato decreto reformationis in proxima sequenti congregatione decanali remonstrabit.

Grodziec. 21 I 1721

Haec villa habet ecclesiam parochialem tituli s. Catharinae virginis et martyris, iurispatronatus monasterii monialium conventus zwierzenezensis, in qua ecclesia est ciborium ligneum deauratum bene clausum in mensa altaris maioris situm, in quo Sanctissimum in pixide argentea asservatur, Reliquiae etiam in altari maiori ad instar urnarum locatae. Expositiones Sanctissimi fiunt pro festo Paschae, infra octavam Corporis Christi et tempore indulgentiarum, quas habet pro festo s. Catharinae. Fons baptismalis ligneus cum tegeticulo bene coopertus et sera pensili clausus in medio ecclesiae situs, in quo lebes aeneus pro servanda aqua lustrali. Olea sacra in vasis stanneis 3 in armariolo parieti ecclesiae appenso asservantur. Altaria 3: Maius consecratum in honorem s. Catharinae, ligneum, partim depictum, partim deauratum cum mensa murata. 2 vero collateralia, lignea antiquae formae, quorum I tituli s. Angeli-Custodis, II s. Norberti cum mensis ligneis et portatilibus. Sacrarium ligneum, cuius pavimento asseritum et tabulatum, foribus bene claustro et sera pensili provisus clauditur, in quo sunt mensae cum armariis pro conservanda suppellectili ecclesiastica. Suggestus ligneus, rubro colore depictus, parieti ecclesiae affixus. Confessionalia 2 antiqua. Chorus ligneus, picturis adornatus, in quo stat organum. Scamna integra. Confraternitas s. Angeli Custodis ex conventu Clari Montis Czeszochowiensis ab archiconfraternitate per tl. Albertum Lipnicki uti parochum in Grodziec protunc decanum bythomiensem erecta anno 1653 die ultima VI, introducta vero in festo transfigurationis Christi Domini eodem anno, cuius confraternitatis tl. capellanus is debet esse, qui et capellae s. Dorotheae pro tempore existens ut infra. Ecclesia ipsa lignea, scandulis tecta, consecrata in honorem s. Catharinae, cuius dedicationis anniversaria dies observatur dominica I post festum s. Hedwigis. Pavimentum asseribus stratum et tabulatum, ostiis ligneis claustro et sera pensili bene provisus clauditur. Campanile ligneum scandulis tectum, in quo sunt campanae 2 maiores, III minor in turricula supra ecclesiam. Coemeterium sepimentis ligneis septum. Reditus sive proventus ecclesiae in Grodziec: Habet agros videlicet post hollodia plebanalia est laneus, qui protenditur usque ad granitiem czeladiensem, stadorum 16, in 1 stadio numerantur sulci 24. Item II laneus protenditur a ponto siedliszczensi usque ad granitiem woykowiensem stadorum 9, unumquodque stadium continet in se sulcos 16. Item III in eadem positione penes Wolnowskie continet stadia 11, in unoquoque stadio numerantur sulci 13. Item IV laneus Przez Kiiową versus flumen Strzyzowka, qui cum in saxoso fundo et excelso monte sit positus, tantum 12 sulci sunt possibiles et capaces ad seminandum. Item V laneolus circa Jasien, in quo stagnum parvum circa nemus sive arbusta vulgo Brzeziny dictus, stadorum 9. Item laneolus VI a pascuario praediali ad granitiem grodkowiensem stadorum 9, unumquodque stadium continet sulcos 8. Item VII laneolus a granitie grodkowiensi sive grodzieckiej per prata vulgo Kobyle Łąki versus viam bėdzinensem stadorum 12, partim sulcos 7, partim 6 continet stadium. Is idem laneolus protenditur a via bėdzinensi usque ad granitiem czeladiensem stadorum 12, in unoquoque stadio numerantur sulci 9 et in aliquibus eorundem per 7. Item VIII laneolus a pascuario aulae vulgo od Pasternika Dworskiego, ex altera parte usque ad granitiem czeladiensem per Olszonka et per Bukowska stadorum 14, in unoquoque stadio numerantur sulci 7. Item IX laneolus in loco Kamionka dicto stadorum 7, unumquodque stadium continet sulcos 12. Item X laneus in Roszkowa eiusdem positionis stadorum 7, unumquodque stadium tenet per sulcos 10. Item XI laneolus in loco Kiiowa dicto, stadorum 7, partim per sulcos 6 partim 4 stadium continet. Item XII laneolus od Chabłozia aż do drogi psarskiej stadorum 9, in 1 stadio sulci 16, in reliquis partim per 10 partim per 12. Item habet hortulum post hospitale sulcorum 10. Item alterum in terminio villae Grodziec, sulcorum 6, qui hortulus spectat ad tl. praebendarium. Pratum inferius et stagna parva 3. Item habet decimam manipulearem inferius connotatam ex agris

praedialibus, antea scultetialibus Wolnowskie dictis. Item ex agris pure praedialibus, quae moderno parochio denegatur, in solo grano extradi promittitur. Item ex laneis sive agris cmethonalibus ex quolibet laneo 4 coretos siliginis mensurae bythomiensis, et 3 coretos avenae annuatim percipit parochus, sed aliqui agri non conseminantur, qui sunt steriles et deserti. Item de villa Grodkow habet decimam manipularem, item de villa Psary habet decimam manipularem, item de villa Lagisza habet ex scultetia decimam manipularem. Item habet libera pascua iure erectionis in Grodziec ab immemorabili possessione cum suis subditis plebanalibus. Item habet subditos 3, qui tenent singuli per particulam agri plebanalis ex divisi, respectu cuius unusquisque eorum laborat pederster septimanatim per 3 dies. Item habet inquilinos 3, qui per 1 diem in septimana laborant, sed tamen cum victu tl. parochi. Item habet census: I a 300 fl. per Adamum et Susannam Jordanowic super domo in Będzin Leykowski vocata, inscriptum a cento per fl. 7, pro quo censu 25 missae requiales pro animabus fundatorum. Item habet alterum censum a 40 fl. pol. in synagoga iudeorum będzinensium inscriptum a cento fl. 7. Item habet III censum a 2000, quae in castro ducatus severiensis sunt inscripta et in bonis tl. Joannis Adolphi Frankemberk subiudicio castrensi severiensis videlicet in Dobieszowice, Tempkowice, Pyrzowice et ferricudina sunt locata, a quibus qualibet septimana parochus vel per se vel per vicarium suum pro anima fundatoris tl. olim Stanisłai Gruszkowski, parochi grodziecensis absolvere tenetur.

Rector sive parochus ecclesiae huius grodecensis est Adalbertus Ciołkowic, decanus bythomiensis. Habet domum pro residentia sui circumductum sepiibus, in qua sunt aedificia 2, unum muratum, non ita pridem melioratum cum cameris et hypocaustis, II ligneum scandulis tectum, bonum, etiam cum hypocaustis et cameris et haec aedificia ad usum solius parochi extracta, habet adhuc III aedificium pro familia et alia, nimirum hollodia, granaria et stabula. Ad hanc ecclesiam iure parochiali pro administratione sacramentorum spectant villae Grodziec, Grodkow, Psary, Lagisza, Droscz, Jazowy, Trezynka na Wieleniu, ex quibus ad confessionem paschalem numerantur personae 500. Item est ecclesia sive capella extra villam Grodziec in monte tituli s. Dorotheae, virginis et martyris, in qua ecclesia Sanctissimum non asservatur nisi tempore indulgentiarum, quas habet pro festo s. Dorotheae et Transfigurationis Domini. Altaria 3: Maius s. Dorotheae, II Transfigurationis Domini, III in honorem BMV. Omnia consecrata, lignea, partim coloribus variis adornata, partim deaurata cum mensis muratis consecratis, ambona lignea, depicta, parieti ecclesiae affixa. Chorus pro cantoribus etiam ligneus, picturis adornatus. Ecclesia ipsa murata, consecrata a. 1638, die 10 X per tl. Nicolaum Oborski, cuius consecrationis annua dies celebratur dominica proxima post festum s. Hedwigis. Pavimentum asseribus stratum et tabulatum, foribus ferro obductis, claustro et sera pensili provisus occluditur. Turricula in medio ecclesiae, in qua est campanula. Coemeterium muro cinctum, ad quod est porta, quae clauditur. Proventus huius ecclesiae s. Dorotheae. Habet censum a summa 3000 fl. pol. in bonis villae Ozorowice inscripta. Item habet alterum censum a summa 1000 fl. pol. in bonis villae Rogoznik haeredis tl. Martini Krylenski, quae summa tandem transportata in bona villae tl. Joannis Frankemberk, subiudicis ducatus severiensis. Item habet III censum a summa 1000 fl. in bonis villae Sarnow, inscripta haeredis tl. Andreae Poniatowski. Item habet censum a summa capitali 500 fl. iuxta erectionem praebendae, intuitu cuius foundationis tenetur praebendarius sive capellanus grodensis qualibet septimana 3 missas pro animabus absolvere. Item habet agrum dictum Niwa Prebendarska et pratulum. Item habet agrum sive hortum ex conventu Zierzynecensi perpetuis temporibus datum. Habet praebendarius obligationem iuxta erectionem descriptas, quibus satisfacere tenetur. Cuius capellae et supradictae confraternitatis est tl. praebendarius sive capellanus Matthias Nowakowic, annorum 54, ordinatus ad presbyteratum a. 1690 die 23 XII per tl. Stanislaum Szembek, institutus ad hanc capellam a. 1693, die

20 XI. Approbationem produxit. Habet mansionem ad ecclesiam parochialem in Grodziec ligneum, scandulis tectum, in qua sunt hypocausta cum cameris pro eo et pro familia. Habet et alia aedificia penes mansionem vicarialem versus occidentem cum hortulo penes mansionem iacente et hollodia, stabula. Hospitale ligneum pro pauperibus ad ecclesiam grodecensem, cuius provisor est ipse tl. parochus. Habet provisionem in oppido Czeladz, annuatim provenit per fl. 20 a summa capitali fl. 300.

Ordinatio pro ecclesia parochiali in Grodziec: Tl. Alberto Ciołkowic, loci huius parochus, territorii bythomiensis decano nonnulla puncta ex immediate peracta visitatione relinquimus, nimirum quatenus singulis diebus dominicis et festis matutino tempore doctrinam catechisticam alicuius auctoris approbati, signanter P. Canisii cum explanationibus, tum propter dilucidum eis ordinem et brevitatem, tum propter communem usum et approbationem, quam in religione christiana passim obtinuit, populo suo per se vel per suum vicarium deambulando per ecclesiam tradat, de fructu traditae et propositae doctrinae per interrogationes rudem plebeculam in omni charitate et suavitate paterne examinet, pauperibus in hospitali degentibus annui census integri a quibus de iure proveniunt, ne mendicantes defraudentur et iisdem fideliter reddentur pro munere et officio suo pastorali, per quam diligenter attendat de perceptis et expensis hospitalis praedicti singulis annis iuxta praescriptum Concilii Tridentini sess. 22 de reformatione cap. IX rationem administrationis provisores alias dictos proventus administrans omnino reddat ordinario officio vel ei, cui de iure incumbit. Pauperes infirmos, debiles ad labores non necessitat, vexillo confraternitatis magis commodum locum in ecclesia assignet, adinveniat illudque ponat. Pelvim in fonte baptismatis dealbari indilate procuret. Sanctissimum quolibet die octavo ad praescriptum ss. Canonum renovari non intermittat, vicarium providendo suae conservationi ulterioris sanitatis ad hanc ecclesiam grodecensem foveat. Omnia, quae ad officium suum pastorale de iure et consuetudine spectant, facere, gerere non intermittat, tot a Deo multiplicitas coronas recepturus, quot Deo animas lucrificiet. Ordinatio pro capellano s. Dorotheae in Grodziec: Meminerit tl. Matthias Nowakowic, quantum onus sacerdotii in se suscepit et quantum tempore suae institutionis se obligaverit et quam strictam redditurus Deo rationem de iis quibus vita dissoluta et scandalosa obfuit. Cum igitur tl. praebendarius antedictus vocationi suae se inmemorem monstraverit sataget, quatenus negligentias suas diligentia in Divinis compenset, ab ebrietatibus, commensationibus abstineat, conversationes mulierum inhonestarum evitet, praesertim mulierem ebriosam suam ut dicitur consanguineam non foveat, sed penitus expediat et amoveat, Divina officia prout decet sacerdotem diligenter absolvat, muneri sui signanter in absolvendis obligationibus, ne defraudentur fundatorum intentiones, satisfaciat easdemque adimpleat. Confraternitatem s. Angeli-Custodis in ecclesia parochiali fundatam diligentius et cum maiori devotione promoveat. Summam 100 fl. pro comparandis organis in ecclesia s. Dorotheae per quemdam benefactorem legatam, quam penes se indebite retinet, eandem summam, ex quo non sufficiat pro comparandis organis, pro alia re ecclesiastica magis necessaria cum scitu tl. parochi sive decani loci indilate convertat. Item aliam summam pro vexillis ecclesiasticis applicatam similiter vel pro iisdem vexillis comparandis exponat, vel etiam pro apparatu aliquo ecclesiastico magis necessario cum scitu tamen ut supra tl. parochi seu decani loci reponat, restituat, sarta tecta capellae s. Dorotheae sive per se, sive per quem de iure spectat, reparari et meliori quamprimum curet. Reliqua omnia, quae ad officium presbyterale spectant et pertinent, quam diligentissime exequatur atque adimpleat, praesentemque ordinationem nostram in congregatione decanali tl. decano exhibeat.

Siemonia. 22 I 1721

In hac villa est ecclesia parochialis tituli Sanctorum Omnium, iurispatronatus haeredis eiusdem villae. In ista ecclesia ciborium ligneum deauratum in mensa altaris maioris locatum, in quo Sanctissimum in pixide argentea asservatur. Baptisterium lapideum cum tegeticula in medio chori situatum, in quo pelvis aenea pro conservanda aqua lustrali et piscina ad gradus eiusdem reperitur. Olea sacra in vasis stanneis 3 asservantur, et armariolo parieti ecclesiae appenso imponuntur. Altaria 3: Maius ligneum operis sculptorii partim depictum, partim deauratum, consecratum in honorem Omnium Sanctorum cum mensa murata. II versus sacrarium ligneum, structurae sculptoriae per partes depictum et deauratum in honorem BMV, consecratum cum mensa murata. III itidem operis sculptorii picturis adornatum, deauratum, consecratumque in honorem s. Isidoris cum mensa murata, quibus 3 altaribus reliquiae ss. Vitalis, Hyacinthi et Desiderii inclusae. Sacrarium muratum, testudineatum, foribus ferro obductis, claustro et sera pensili provisis clauditur, in quo sunt mensae cum armariis pro conservanda suppellectili ecclesiastica. Suggestus ligneus variis coloribus ornatus, parieti ecclesiae affixus. Confessionalia lignea 2 depicta. Chorus pro cantoribus ligneus, picturis adornatus, in quo stat organum vocum 8. dissonum, indiget reparatione. Scamna lignea integra bene locata. Ecclesia ipsa murata, scandulis tecta, consecrata a. 1682 die 21 V per tl. olim Nicolaum Oborski simul cum altaribus. Cuius dedicationis dies celebratur annue dominica I post festum s. Michaelis, erecta vero anno 1225. Pavimentum asseribus stratum, tabulatum, depictum, et parietes ecclesiae, ostiis binis claustris et seris pensilibus clauditur. Campanile muratum, scandulis tectum, in quo sunt campanae 2 maiores, III minor in turricula supra ecclesiam. Ossarium ligneum, scandulis tectum; pro colligendo et asservando fidelium ossibus. Coemeterium muratum, circa circum, clauditurque 3 portis.

Proventus ecclesiae parochialis in Siemonia: Habet agros, videlicet 1) ager incipit ab hodiis plebanalibus et protenditur in longum usque ad limitem, qui distinguit hunc agrum plebanalem, item ager 2 stadia post hortulaniam plebanalem. 2) ager in alio loco 1 stadii ad viam, quae ducit a villa versus molendinum Gorski dictum. Item laneus agri ad sinistram partem supradictae viae, in quo 5 stadia in longo inveniuntur. Item ad dextram partem eiusdem viae est ager vulgo Niwa dictum, qui in longum protenditur usque ad agrum Lubaszewska Młynska dictum. 3) ager unius stadii sub Chrzoscowszka ad Dąbrowie dictum, in longum protenditur versus villam Strzyzowice. 4) ager etiam 1 stadii ad viam qua itur ad villam Siemonia versus Sączow ad dextram partem. Item est pratum post braxatorium curiae, quod inter prata tam curiae quam subditorum iacet. Item est stagnum vulgo stawiska ad fluvium a molendino Gorski dicto, per quod stagnum est semita, qua itur ex villa Rogoznik ad villam Siemonia. Item habet decimam manipulearem 1) ex villa Siemonia post agros tam praediales quam cmethonales et alios universos eiusque villae, quam decimam subditi debent propriis curribus ad horrea plebanalia conducere. Similiter ex molendino Gorski dicto. Item ex eadem villa habet decimam canapalem a 7 cmethonibus quotannis. Item habet decimam manipulearem ex certis agris villae Sączow, prout ex libris Beneficiorum constat, quam proprio curru parochus ad sua horrea conducere solet. Item habet decimam manipulearem ex praedialibus agris et curiae villae Twardowice cum medietate straminis. Item habet decimam manipulearem ex agris totius villae Brzykowice cmethonalibus et hortulanorum, quae decima exdecimata locatur apud subditos eiusdem villae alternative. Item habet decimam manipulearem ex agris tam praedialibus nobilibus et eorum subditorum, quam etiam ex agris cmethonalibus et subditorum tl. episcopi cracoviensis villae Gory exceptis quibusdam stadiis inter agros nobilium et cmethonum praefati tl. episcopi, ex quibus ad arcem severiensem decimatur. Item habet decimam manipulearem ex certo agro in

villa Psary, vulgo episopalis ager dicto, prout in libris Retaxationum specificatur. Item habet decimam manipulearem in villa Strzyzowice ex agris praedialibus nobilium et eorum subditorum et ex hortis. Item habet decimam manipulearem in villa Rogoznik ex certis agris in Inventario ecclesiae siemuniensis bene compacto specificatis. Item habet messalia ex 8 agris cmethonalibus villae Twardowice 16 verteliones avenae mensurae severiensis. Item habet messalia ex 4 agris cmethonalibus villae Brzynkowice verteliones 8. Item habet messalia a 3 cmethonibus villae Gory verteliones 16 avenae. Item in eadem villa ex agro nobili vulgo Kowalowska habet 4 verteliones avenae mediante decreto il. olim Petri Myszkowski, episcopi cracoviensis, 31 X in a. 1580 adiudicata. Item habet messalia ex 9 agris cmethonalibus villae Rogoznik, a quolibet eorum 2 verteliones avenae. Item habet messalia in villa Dobieszowice ex 14 agris in Libris Beneficiorum specificatis verteliones siliginis 28 et totidem avenae. Ad praesens vero nonnisi ex 11 agris percipit. Item ex certo agro Sieykowska dicto in villa Twardowice ab antiquitu percipit cenum annuum per grossos pol. 12. Item habet cenum, quem persolvit subditus ecclesiae, qui tenet hortulaniam ecclesiae in villa Brzynkowice iacentem annuatim per fl. 1 et grossos 6 pol., qui etiam praestat parcho alios labores. Item habet cenum ex certis stadiis in villa Gora, quae stadia possidet subditus episcopi cracoviensis et solvit ecclesiae cenum per fl. 1 annuatim pro necessitatibus eiusdem ecclesiae in Siemunia. Item habet cenum grossos 12 in eadem villa pro vino. Item habet cenum in villa Strzyzowice ex certo prato per fl. 2 pol. quotannis pro necessitatibus ecclesiae. Item habet cenum in eadem villa ex certo agro Marszowskie dicto, annuatim per grossos 24 pro necessitatibus ecclesiae. Item habet cenum 7 fl. pol. a summa capitali 100 fl., similiter per tl. Barbaram Zarska pro sacrificiis missae legata a. 1646, prout inventarium ecclesiae in Siemunia docet. Item habet cenum a vaccis 16 ecclesiasticis variis in locis apud subditos existentibus, a qualibet vacca annuatim percepit 24 grossos. Rector sive parochus ecclesiae in Siemunia tl. Balthazar Horlemes, annorum 66, ordinatus ad canonicatum ecclesiae colegiatae Rucensi in decanatu Proszowicensi, requisita ad presbyteratum non produxit. Institutus ad hanc ecclesiam a. 1690. Approbationem produxit. Habet mansiones 2 ligneas scandulis tectas prosecum atriis, in quibus sunt hypocausta cum cameris, III mansionem parum ab istis distantem cum atrio, in quo hypocaustum cum camera pro familia et alia aedificia habet, penes quas mansiones est hortus. Fovet vicarium tl. Matthiam Lewikowic, annorum 35, qui ordinatus ad presbyteratum a. 1710, die 15 III per tl. Michaellem Szembek, institutus ad hanc ecclesiam anno eodem. Approbationem produxit. Habet residentiam post ecclesiam cum atrio, in quo sunt hypocausta 2 cum cameris pro se et pro familia, habet et alia aedificia comoda, Fovet organarium, qui simul cantoris officium agit, quem salariat annuatim iuxta conventionem, habetque mansionem commodam simul cum schola. Ad hanc ecclesiam iure parochiali pro administratione sacramentorum spectant villae Siemunia, Twardowice, Brzynkowice, Gora, Rogoznik, Strzyzowice et Dobieszowice, ex quibus villis ad confessionem paschalem numerantur personae 680. Sub hac parochia est 1 iudaeus in villa Dobieszowice, qui fovet familiam catholicam, et lutheranus cum consorte sua in Rogoznik. Ordinatio pro ecclesia parochiali in Siemunia: Ex praescripto ss. Canonum bene fungi suo munere et suis obligationibus satisfacere tenentur parochi. Proinde tl. Balthazar Horlemes singulis diebus dominicis et festis talentum doctrinae christiana non abscondet, sed parochianis suis sive per se sive per suum vicarium catechizabit, eosdemque per interrogationes de fructu huiusmodi doctrinae examinabit, calicem oppignorum eximet, torquem alienatam constantem 3 aureis numis ex imagine BMV auream omnino recuperabit, crucem argenteam constantem gemmis 2 ecclesiae restitui curabit, pavimentum ecclesiae putrefactum restaurabit, vaccarum ecclesiae applicatarum, ne pereant, curam habebit, librum Baronii a tl. Chroscinski repetet, parochianos ad

reparationem coemeterii debitis modis ac persuasionibus inducet, decimam manipulem ad horreum plebanale conduci iuxta antiquam consuetudinem faciat nec eam amplius in villis locari permittet advertendo sterilitatem agrorum, qui impinguabuntur, si eadem decima in fundo ecclesiastico triturbabitur. Censum per 7 a cento proveniente in villa Celiny inscriptum indilate vindicabit, pro conservandis libris et iuribus ecclesiae suae locum tutiorem in ecclesia curabit, matrimonia ex alia dioecesi sine licentia proprii parochi non audebit in futurum benedicere, in quo casu aliquoties sine scrupulo recidivavit. Propterea quoniam locationes et conductiones bonorum ecclesiarum tamquam damnosae et perniciosae sunt prohibitaе, ex quo loco meliorationis desolantur. Proinde tam fundos ecclesiae quam decimas tl. Gzowski amplius non locabit. Renovationem Sanctissimi quolibet die octavo observabit praesentemque ordinationem in sequenti congregatione decanali praesentabit.

Sanczow. 23 I 1721

In hac villa est ecclesia parochialis tituli s. Jacobi Maioris, haereditatis et iurispatronatus tl. capituli ecclesiae cathedralis cracoviensis, in qua ecclesia ciborium ligneum deauratum, in quo cum pixide Sanctissimum supposito corporali asservatur. Expositiones Sanctissimi fiunt pro festis paschalibus et infra octavam Corporis Christi. Baptisterium ligneum ad parietem ecclesiae ante altare s. Sophiae locatum, bene coopertum, sed debili sera clausum, in quo est lebes aeneus pro conservanda aqua lustrali et piscinula ad gradus eiusdem reperitur. Olea sacra in vasis stanneis 3 in locoque ecclesiae decenti asservantur. Altaria 4: Maius ligneum picturis adornatum, in quo est imago BMV cum mensa murata et portatili, II tituli s. Annae ligneum, depictum, cum mensa murata et portatili, III tituli s. Antonii ligneum, partim variis coloribus adornatum, partim deauratum, cum mensa murata et portatili, IV altare confraternitatis s. Sophiae ligneum, deauratum, mensam habens muratam cum portatili, ad quod altare fundata est eadem confraternitas per tl. olim Simonem Stankiewicz, parochum in Sanczow, super summam capitali 100 fl. pol. Sacrarium muratum, testudineatum, foribus ligneis claustro atque sera pensili provisus occluditur, in quo sunt mensae cum armariis pro conservando suppellectili ecclesiastica, supra quod sacrarium est mansio parva, lapide cocto extracta, sed desolata, ad quam ingressus est ex coemeterio. Suggestus ligneus, depictus, parieti affixus. Confessionalia antiquae structurae 3, chorus pro cantoribus ligneus, picturis adornatus, parieti ecclesiae affixus, vtrumque 6 organum in eodem stat. Scamna lignea bene disposita. Ecclesia ipsa lignea, scandulis tecta, aedificata a. 1518. De consecratione eiusque non constat, tamen dedicationis diem observant dominica I post festum s. Francisci. Pavimentum asseribus stratum tabulatum, depictum. Quae ecclesia ostiis binis, claustris et seris debilibus clauditur. Campanile ligneum, noviter extractum, asseribus compactum, in quo sunt campanae 3 maiores, IV minor in turricula supra ecclesiam. Coemeterium circa circum muratum.

Reditus ecclesiae parochialis in Sanczow: Habet proprios agros et prata pro sua necessitate. Item habet decimam in villa Sanczow manipulem ex agris et araturis eiusque villae. Item habet de villa Twardowice ex agris cmethonalibus (!) decimam manipulem et ex agris cmethonalibus eiusque villae, prout Liber Retaxationum docet. Item ex villis Hadziestow et Lubienki. Item habet messalia ex bonis villarum Trąbkowice, Ozarowice, Perzowice, Nowa Wies, ex qualibet villa 5 maldratas siliginis et totidem avenae. Item ex villa superscripta Ozarowice ex agris praedialibus habet decimam, pro qua percipit fl. 10. Item in Myszkowice fl. 2 et grossos 12 percipit iuxta Librum Retaxationum. Item habet decimam manipulem in villa Ozarowice ex certis agris, qui agri vocantur Zaprzęg Siebie, in cuius est possessione parochus. Item habet summas censuales 1) summam 1000 fl. pol. per tl. olim Simonem Stankiewicz, curatum sanczowiensem pro confraternitate s. Sophiae eiusdemque necessitatibus lega-

tam super bonis Dobieszowice et Perzowice inscriptam. Item aliam summam 1000 fl., quam P. Jacobus Milecki, tenutarius villarum Bobrowniki et Sanczow pro amina sua legavit, eandemque super bonis Perzowice inscripsit. Item habet summam capitalem 60 fl. in bonis Bobrowniki et Sanczow inscriptam, a qua fl. 3 et grossorum 15 quotannis parochus percipit. Item habet censum a summa capitali 300 fl. in bonis villae Bobrowniki fl. 10 pro fabrica ecclesiae sanczowiensis.

Rector ecclesiae parochialis in Sanczow tl. Adalbertus Krupski, annorum 40, ordinatus pro vicariatu ecclesiae cathedralis cracoviensis, sed requisita suae ordinationis non produxit, praesertim ad presbyteratum, similiter et institutionem suam non produxit praeter approbationem ad excipiendas confessiones. Habet domum pro residentia sui ad instar lapideae cum atrio, in quo hypocaustum cum cameris est, ex opposito alia mansio, in qua hypocaustum pro familia et alia aedificia, est adhuc alia domus lignea scandulis tecta cum atrio, in quo hypocausta 2 cum cameris et alia aedificia pro vicario, sed illum non fovet, tantum organarium, qui simul cantoris officium agit, quem salariat iuxta conventionem annuatim, habetque mansionem vilem ligneam simul cum schola, penes quam mansionem stabula. Ad hanc ecclesiam iure parochiali pro administratione sacramentorum spectant villae hae: Sanczow, Tapkowice, Ozorowice, Perzowice, Żędek, Nowa Wieś, Myszkowice, ex quibus ad confessionem paschalem numerantur personae 725. Est etiam capella extra villam Sanczow lignea, scandulis tecta, tituli s. Sebastiani martyris, in qua capella est altare unum ligneum, antiquum, depictum, cum mensa lignea et portatili. Pavimentum asseribus stratum et tabulatum, foribus ligneis, seris pensilibus provisus clauditur. Turricula in medio capellae supra tectum, in qua est campanula parva. Coemeterium circa capellam sepimentis ligneis obductum. Sed haec capella non habet dotem et supellectilem aliquam ecclesiasticam. Hospitale ligneum cum atrio, in quo sunt camerae, manentque in illis pauperes 5, habent pro dote summam capitalem fl. pol. 100 nondum inscriptam.

Ordinatio pro ecclesia parochiali in Sanczow: Tl. Adalbertum Krupski ad infra-scripta ex praesenti visitatione explenda et exequenda hortamur in Domino, serioque ac distincte monemus, quatenus singulis diebus dominicis et festis suos parochianos fidei rudimenta, doctrinam christianam, symbolum apostolicum, dominicam orationem, salutationem angelicam, signum s. Crucis, vim atque usum sacramentorum inter caetera sanctissimi atque tremendi sacrificii missae aliquod mysterium declaret, explanet, mores bonos pro sua et parochianorum suorum capacitate verbis salutaribus clare, breviter, facilliter, bene solideque iuxta formam Catechismi romani aut alicuius catechistici auctoris erudiat, iisdem suis parochianis ad profectum animarum, ad depravatos mores corrigendos verbum Dei praedicet. Renovationem Sanctissimi quolibet die octavo fieri non omittat, minora portatilia ad altaria procuret, calicem argenteum ab aurifabro eximat atque recipiat. Picta vota in maioris altaris imagine deleat, organum parvum destructum proptereaque dissonum, non suave ac inmodulatum restauret, baptisterium reparet, illud sera firma claudat, pelvim eiusdem pro conservanda aqua lustrali dealbet, ad usum eiusdem baptisterii videlicet pro abluendis infantibus patenulam commodiorem et proportionatam comparet, figuram resurrectionis Christi Domini elegantioris et decentioris formae fieri et elaborari faciat, ecclesiam et aedificia plebanalia in locis putrefactis et reparatione indigentibus scandulis novis contegat, mansionem supra sacristiam aedificatam reformet, restauret, summam 100 fl. pro hospitali in Sanczow ordinatam in bonis aliquibus mundis liberis nec oneratis inscribi et officiose approbari non negligat, erectionem confraternitatis s. Sophiae, literas institutionis sui ad hanc ecclesiam, necnon fidem ordinationis suae ad presbyteratum in actu visitationis nostrae coram nobis non praesentatas officio ordinario intra 15 dies ab intimatione praesentis reformationis et decreti producat, exhibeat atque demonstret. Ad ianuas et portas ecclesiae claustra fortia, seracula solida necnon

seras pensiles indilate provideat, familiam plebanalem graviter de honestate suspectam non foveat, cum mulierculis, de quibus notabiliter cum iactura bonae famae odoris diffamatus nunquam conversetur, quinimo easque per personas suspectas sexus feminei ex domo rectorali presbyterali, quam omnis integritas honestas, innocentia atque castimonia decet et quae omnem fragrantiam boni odoris redolere debet, penitus diminet, releget, amoveat et numquam ad residentiam suam admittat, ab ebrietate, quae est scelerum nutrimentum atque officina, totaliter abstineat, vitam perinde reprehensibilem atque culpabilem, provos et dissolutos mores in melius ab hac nostra visitatione mutabat ac emendat, aliaque munia et officia pastoralia gerat et exerceat, si poenas contra praemissa patratores evitare cupit. Ad extremum hanc nostram ordinationem in proxima decanali congregatione praesentare non omittat.

Targoszyce seu Mierzęczyce. 24 I 1721

Haec villa habet ecclesiam parochialem notabiliter a villa supradicta distantem tituli s. Nicolai, iurispatronatus tl. episcopi cracoviensis. In qua ecclesia ciborium ligneum, deauratum, in quo cum pixide argentea Sanctissimum supposito corporali asservatur. Expositiones fiunt pro festis Paschae, infra octavam Corporis Christi et tempore indulgentiarum, quas habet pro festo s. Nicolai. Fons baptismalis ligneus, bene coopertus et clausus in decenti loco ecclesiae situs, in quo pelvis aenea pro conservanda aqua lustrali et piscinula ad gradus eiusque reperitur. Olea sacra in vasis stanneis 3 in armariolo parieti ecclesiae annexo conservantur. Altaria 3: Maius ligneum, picturis adornatum, per partesque deauratum, in quo est statua s. Nicolai, habens mensam muratam cum portatili. II ligneum pictum, in quo est figura Crucifixi habens mensam muratam cum portatili. III ligneum, partim coloribus adornatum, partim deauratum tituli BMV. habens mensam muratam cum portatili. Sacrarium muratum, forniceatum, foribus ferris obductis, claustro et sera pensili provisus occluditur, in quo sunt mensae cum armariis pro conservanda suppellectili ecclesiastica. Suggestus ad partem sacrarii, noviter situs, picturis ornatus. Confessionalia lignea antike structure 2. Chorus pro cantoribus ligneus, parieti ecclesiae affixus, picturis adornatus, in quo stat organum vocum 8. Scamna lignea integra, bene disposita. Ecclesia ipsa murata, scandulis tecta, in minori choro testudineata, in maiori vero tabulata, picturis adornata. Pavimentum per totam ecclesiam asseribus stratum. De consecratione huius ecclesiae non constat, tamen diem anniversarium dedicationis observant dominicam ab antiquo consuetam. Eadem ecclesia ostiis ligneis, claustro et sera provisus clauditur. Campanile ligneum, ecclesiae iunctum, scandulis tectum, in quo sunt campanae 2 maiores, una eorum concussa, III minor in turricula supra ecclesiam. Coemeterium muro cinctum portis 2 clauditur. Reditus ecclesiae parochialis targosycensis: Habet agros 1) in Łazy stadia 6, in quibus stadiis sunt sulci 50, in aliis 3 sunt 90 sulci. Item ex opposito 3 stadia sulcorum 50. Ibidem stadium alias Druga Przecznicza, in quo inveniuntur sulci 40. Item stadium Niwka dictum, secus viam severiensensem, in quo sunt 40 sulci. Item in Gliwiniec 2 stadia sulcorum 70. Item in Obiedrzo 4 stadia 40 sulcorum. Item laneus a porta ecclesiae incipiens, in quo sunt stadia 7, in quibus non aequaliter numerantur sulci, in uno 18, in altero 20, in alio 30 etc. Item laneolus versus Przeczyce stadiorum 9, in unoquoque stadio numerantur sulci per 15. Ibidem habet stadium alias Niwka dictum sulcorum 50. Item habet in alio loco alias na Gaiu dicto 4 stadia, in 2 numerantur sulci 14, in aliis duobus 40. Item in alio loco post ossarium est stadium 24 sulcorum. Item circa ecclesiam sunt 2 stadia sulcorum circiter 80. Item est laneus versus Toporowice 18 stadiorum, quae stadia non aequaliter in se continent sulcos partim per 50, partim 30, partim 20 etc. Item est laneolum 3 stadiorum in loco Za Okrąglikiem, quodlibet stadium continet in se sulcos 18. Item est stadium in silva vulgo Niwa, quod dum seminetur, 6 verteliones grani pro eodem exponuntur, verum ad praesens non est hoc stadium ad conseminan-

dum aptum ob arbusta crescentia. Item habet decimam ex agris et araturis subditorum villae Dzieweczki manipulem. Item habet ex agris et araturis villae Zawadka. Item ex agris tabernatoris villae Toporowice. Item ex agris et araturis molendinatoris, tabernatoris et 1 cmethonis atque hortulanorum villae Przeczyce. Item ex agris 1 cmethonis et 2 hortulanorum in villa Mierzęcice. Item ex agris omnibus Celuskie dictis. Item ex villa Ozarow ex novalibus certis Niedzwiedziak dictis. Item in Mysłow habet decimam manipulem, quae redimitur pecunia, videlicet marcis 9 et canapalem 12 fasciculorum vulgo Klubow Konopi. Item in villa Sadowie ex agris tam praedialibus quam cmethonali-bus redimitur a cmethonibus marcis 8, ex praedio marca 1. Item habet vaccas ecclesiae suae legatas et adscriptas apud incolas huius parochiae, videlicet in Przeczyce sunt vaccae 7, in Toporowice 5, in Mierzęcice 6, in Sadowie 1, in domo plebanali 1, a quibus annuatim percipit parochus proventus. Item est ecclesia sive capella in Mierzęcice tituli s. Laurentii, lignea, scandulis tecta, cuius pavementum asseribus stratum et tabulatum, in quo capella altare ligneum, antiquum, pictum, tituli eiusdem sancti, in quo altari est ciborium ligneum, pictum, sed in ipso ad praesens Sanctissimum non fuit asservatum, habens mensam cum portatili. Turricula parva in medio tecti supra capellam, in qua est campanula parva. Haec capella foribus ligneis bene claustris provisus occluditur. Coemeterium sepimentis ligneis obductum, quod una porta clauditur. Ista capella est sine dote, sed propter commoditatem populi absolvuntur in illa missae sacrificia cum licentia loci ordinarii.

Rector seu parochus tam ecclesiae parochialis in Targoszyce quam capellae in Mierzęcice situatae est tl. Jacobus Konieczny annorum 31. Ordinatus ad provisionem seminarii cracoviensis, promotus ad presbyteratum a. 1713, die 5 II per tl. Michaellem Szembek. Approbationem produxit. Habet domum pro residentia 15 stadiis distantem ab ecclesia parochiali, ligneam cum atrio, in quo est hypocaustum 1 cum camera, noviter exstructum pro eo, ex opposito aliud hypocaustum pro familia. Item horreum, granarium et stabula. Fovet organarium, qui simul et cantoris officium agit, quem salariat annuatim iuxta conventionem, habet mansionem commodam simul cum schola et stabulis. Ad hanc ecclesiam iure parochiali spectant pro administratione sacramentorum villae hae: Targoszyce seu Mierzęcice, Toporowice, Przeczyce, Sadowie, ex quibus ad confessionem paschalem numerantur personae 700. Iudaeus sub hac parochia 1 cum uxore et liberis in villa Sadowie.

Ordinatio pro ecclesia parochiali targoszyce: Tl. Jacobus Konieczny, plebanus in Targoszyce meretur laude, quod inter parochianos et aliam viciniam bonum habeat famae suae odorem et servet ordinem tantum in absolvendis divinis officiis, quam diligenti sacramentorum administratione, ut autem laudata virtus magis crescat curabit, quatenus diebus dominicis et festis ad caput parochianorum morum stylo facili ac simplici rudimenta fidei ad salutem animarum maxime necessaria parochianis suis instillare faciat explicando eis non doctas questiones, sed mysteria ss. Trinitatis, incarnationis, numerum sacramentorum, eorumque vim et effectum tum quoque sanctissimae Eucharistiae mysterium, praeparationem ad digne accedendum et sumendum tam grande Divini beneficii in genus humanum documentum, praeterea verbum Dei ad caput auditoris erudiendo populo praedicare non amittat, sarta tecta ecclesiae et aedificiorum plebanalium conservet, baptisterium firmet, renovationem Sanctissimi quolibet die octavo faciat, caetera omnia, quae boni pastoris officium concernunt faciat, ut sedulo ac laudabiliter in vinea Christi laborans promissam a Christo Domino accipiat retributionem in verbis: Gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in coelo.

Koziegłowy oppidum. 25 I 1721

In eodem oppido est ecclesia parochialis tituli s. Corporis Christi, iuris patronatus tl. episcopi cracoviensis. In qua ecclesia ciborium ligneum, deauratum,

in medio altaris maioris locatum, bene obseratum, in cuius superficie pelicanus deauratusque fixus et immobilis, in quo ciborio Sanctissimum cum pixide argentea intus deaurata asservatur. Baptisterium ligneum, bene sera clausum in maiori choro ad altare s. Alexii collocatum, lebes in eo aeneus, dealbatus, pro aqua lustrali. Subeodem baptisterio piscina habetur. Olea sacra a cornu evangelii maioris altaris in armariolo excusso in muro cum vasculis argenteis asservantur et bene clauduntur. Altaria 6: I Maius tituli Corporis Christi, antiquae structurae et picturae decentis formae super mensa murata, cui portatile infixum et consecratum exstat. II ad cornu epistolae tituli s. Catharinae noviter extractum varii coloris pictura et inauratione adornatum, etiam super mensa murata portatile infixum et consecratum exstat, III tituli s. Alexii confessoris renovatum, varii coloris pictura et in auratione adumbratum, in cuius medio est imago BMV cum imagine s. Alexii flectantis, IV novum s. Rochi a fabre extractum, rubro colore suffusum, totum inargentatum, habens mensam ligneam et portatile consecratum amovibile. V penes hoc altare s. Rosarii noviter extractum, variis coloribus depictum et in aliquibus locis deargentatum, in medio altaris imago BMV. Hoc altare est super mensa murata, habens portatile infixum et consecratum, VI ad cornu evangelii novum ss. Trinitatis variis coloribus et inargentatione condecoratum, habet mensam muratam et portatile infixum consecratum. Sacrarium muratum, testudineatum in minori choro, ad quod sacrarium fores ferreae, claustro et sera provisae occluduntur, in quo sunt armariola sat sufficientia pro conservando apparatu ecclesiastico. Suggestus ligneus, pictus, adornatus, parieti ecclesiae appensus. Confessionalia 4: I in minori choro, ad altare s. Alexii, II ad fores ecclesiae, III sub maiori choro, IV in sacrario. Chorus pro cantoribus in maiori choro ligneus, depictus, in quo stat organum vocum 8. Est alter chorus in minori choro, parvus, depictus, super sacrario. Scamna lignea, bona et proportionata. In hac ecclesia est capella murata, testudineata, ad cornu epistolae, tituli s. Stanislai, episcopi et martyris, in qua capella est altare eiusdem sancti a fabre extractum et inauratum, habet mensam muratam et portatile infixum, consecratum, foribus ligneis sera provisus clauditur. Est alia capella murata ad septentrionem Compassionis Christi, in qua est altare nigri coloris, suffusum et in nonnullis locis deargentatum, habet mensam muratam et portatile infixum, consecratum, ad quod altare confraternitas Compassionis Christi introducta, sed per quem, quando erecta et fundata, non constat ob absentiam pro tunc tl. praepositi, qui penes se habuit huiusmodi erectionem. In hac capella II altare simplex ligneum, in cuius medio est imago in una parte s. Francisci, ex altera parte BMV Dolorosae, mariginibus auratis inclusa. Pavimentum huius capellae asseribus stratum, tabulatum depictum. Ambona lignea simplex sine gradibus. Chorus pro cantoribus ligneus, parvus, picturis adornatum, in quo stat organum destructum. Est etiam in hac capella scrinium pro asservandis rebus ecclesiasticis. Parietes huius capellae in nonnullis locis destructi. Foribus haec capella ligneis ferro obductis claustro provisus occluditur. Est adhuc in hac ecclesia confraternitas s. Rosarii ad superscriptum altare s. Rosarii introducta, itidem de erectione et fundatione eiusdem non constat ob rationem ut supra. Ecclesia ipsa murata, scandulis tecta, consecrata, ut patet ex signis ecclesiae, cuius anniversaria dedicationis dies observatur dominica I post festum s. Bartholomaei. Haec eadem ecclesia in minori choro forniceata, in maiori vero tabulatum pictum, pavementum asseribus stratum. Haec ecclesia ostiis binis ferro obductis sera bona et claustro firme provisus clauditur. Campanile in ingressu ecclesiae muratum, scandulis tectum, in quo sunt campanae 4, V in turricula supra ecclesiam. Osarium penes sacrarium muratum, scandulis tectum, coemeterium bene sepimentis ligneis cinctum, portas 3 habens, sine craticulis, quibus solet claudi. Reditus huius ecclesiae parochialis oppidi Kozięglowiensis: Habet decimam manipularem post villas Siedlce, Wosławice, Gezyn, Cynkow et missalia post oppidum Kozięglowy. Item ex villa Kamienica Polska nobiles ex sortibus suis

solvunt annuatim parochia per 2 marcas. Item habet agros 1/post residentiam plebanalem ad septentrionem agrum protendentem se usque ad silvam in eodem campo, habet semimedium quartam vulgo pół kwarty roli legatam a tl. Dąmkow oppidanis kozięgłowiensibus. In 2/campo dicto Podbuczce habet IV partem agri, qui ager vocatur Cwiniarska Rola. In eodem campo est laneus 4 stadiorum. Item semiquarta pars agri Dąbowska dictum. Item in campo III, videlicet Na Woźnickiey Ulicy dicto habet agrum protendentem a fluvio arcis usque ad villam Wośławice. Item habet agrum Niwka Jarosowska dictum versus Gęzyn. Item habet agrum Niwa Bakałarzowska dictum post molendinum, Antoniego dictum, ibidem et pratum. Item habet prata sive Stawki 1/Stawek sub Kozięgłowy, item Stawek sub Wośławice, item Stawek sub Kozięgłowy, item Stawek sub Wośławice, item Stawek a Lubaszow, tempore grassantis pestilentiae ecclesiae Kozięgłowiensi oddany. Item Stawek sub arce, item Stawek sub Sielce, item Stawek sub Gęzyn, item Stawek Jarosowski dictum. Item habet hortulanum 1, cui in septimana labore manuali 2 peragit dies. Parochus vel praepositus ecclesiae in oppido Kozięgłowy est tl. Matheus Marchocki, decanus lascensis, archidiaconus kurzelowiensis, praepositus ut supra kozięgłowiensis, annorum 55, qui non fuit praesens tempore visitationis, consequenter personam suam non legitimavit, habet domum pro residentia sui cum atrio et hypocaustis 2 pro se, ex opposito hypocaustum cum camera pro familia. Item habet hollodia, granaria et stabula. Fovet organarium, cantorem et calicancistam, quos salariat annuatim iuxta conventionem, habentque mansiones suas simul cum schola et stabula. Ad hanc ecclesiam iure parochiali pro administratione sacramentorum spectat oppidum Kozięgłowy, villae Gniazdow, Siedlec, Rudniki, Kamienica Polska, Jastrzębie, Gęzyn, Cynkow, ex quibus ad confessionem paschalem numerantur personae 1143. Item est promotor confraternitatis s. Rosarii et praebendarius ibidem s. Catharinae tl. Andreas Tyrałowicz, annorum 51, ordinatus ad presbyteratum a. 1704, die 2 XII per tl. olim Casimirum Lubienski. Approbationem produxit. Qui praebendarius habet pro dote 5 marcas in villa Lgota et censum in villa Rudniki, pro quo censu tl. praebendarius tenetur in septimana 2 missas absolvere, I feriis secundis pro peccatis, II feriis quintis pro defunctis, habet domum residentialem penes ecclesiam parochialem cum atrio, hypocausto et cameris pro se et familia, item hollodium, stabula. Item ad mansionem habet hortum fructiferum. Hospitale in ipso oppido situm, in quo manent pauperes 7, habentque provisoires ex oppidanis, qui coram magistratu kozięgłowiensi annuatim ex perceptis censibus rationem reddunt. Ideo de proventu huiusmodi hospitalis nulla datur perfecta informatio. Item est capella extra oppidum Kozięgłowy tituli s. Barbarae murata, testudineata, scandulis tecta, erecta a. 1674 et consecrata, iurispatronatus tl. Praepositi kozięgłowiensis tl. Grochowiecki et oppidanorum, in qua capella sunt altaria 2, maius ligneum, nigro colore depictum et in aliquibus locis deauratum tituli s. Barbarae, in quo est ciborium ligneum et pictum et deauratum, sed in illo rare Sanctissimum asservatur, II altare tituli BMV ligneum, noviter extractum, depictum, in quo est mensa murata cum portatili. Sacrarium muratum, testudineatum, foribus ferro obductis claustro provisus occluditur, in quo sunt mensae cum armariis pro conservanda suppellectili ecclesiastica. Turricula in medio tecti supra capellam lamine obducta, in qua sunt campanae 2. Ostiis haec capella ligneis claustro et sera provisus clauditur. Coemeterium sepimentis ligneis obductum, quod 1 porta claudi solet. Haec capella habet dotem agri stadia 5, in quolibet stadio numerantur sulci 20, et alium agrum Łazek dictum, ex quo salarium percipit iuxta erectionem qui capellanus tenetur 2 missas in septimana absolvere, 1 in capella s. Barbarae, alteram ante altare s. Stanislai in ecclesia parochiali situatum. Ad praesens huius capellae et altaris s. Stanislai in ecclesia parochiali fundati rector sive capellanus tl. Sebastianus Maguderski, annorum 33, ordinatus ad presbyteratum a. 1710, die 25 III per tl. Michaelem Szembek, institutus ad hanc capellam a. 1717 die 10 XI.

Approbationem produxit. Habet domum pro residentia sui penes hanc capellam cum atrio, in quo sunt hypocausta cum cameris pro eo et pro familia. Item habet hollodium et stabula. Hospitale ad hanc capellam s. Barbarae situm ligneum, in quo sunt hypocausta cum cameris, manentque in iis ad praesens pauperes 4, penes quod hospitale est hortus pro oleribus. Provisor istius hospitalis tantum 1, scilicet tl. Joannes Rutkowic, qui pauperibus solet dare pro 1 mense unicuique per grossos 15. Est adhuc alia capella s. Crucis in oppido extra ecclesiam parochialem sita, murata, scandulis tecta, erecta a. 1640, consecrata vero 1677 a., die 22 V per tl. olim Nicolaum Oborski, cuius consecrationis diem observant dominicam I post festum s. Martini. In hac capella sunt altaria 3, maius nigro colore suffusum, in nonnullis locis deauratum, in cuius medio est imago Crucifixi depicta, a partibus sculptae sunt personae, sed iam destructae. Habet mensam muratam et portatile infixum. II. ss. martyrum Lucii et Martini, nigro colore depictum. Itidem habet mensam muratam cum portatili infixo. III BMV simplex, etiam nigro colore adumbratum, habet mensam muratam et portatile. Sacrarium muratum, testudineatum, pavimentum asseribus stratum, foribus ligneis ferro obductis claustro provisus occluditur, in quo sacrario sunt mensae cum armariis pro conservanda suppellectili ecclesiastica. Suggestus ligneus ad partem sacrarii situs depictus. Chorus parieti ecclesiae annexus pro cantoribus simplicis formae sine organo. Scamna antiqua lignea. Turricula supra capellam in medio tecti, in qua est signatura. Pavimentum capellae in maiori choro non est, in minori choro lapideum. Haec capella ostiis ligneis, claustro provisus, clauditur. Coemeterium sepimentis ligneis obductum, quod 1 porta claudi solet. Haec capella habet pro dote decimam manipulem in villa Kotowice et Horon ex agris praedialibus. Item habet 1 laneum agri, hortum et pratum, unum penes villam Wosławice. Huius capellae et praedictae confraternitis Compassionis Christi est capellanus simul et concionator ordinarius ecclesiae parochialis in Kozięgłowy tl. Joannes Stanowicz, annorum 63, ordinatus ad provisionem in Siemunia, presbyter factus a. 1686, die 21 XII per tl. olim Nicolaum Oborski, institutus ad hanc capellam a. 1708, die 1 III. Approbationem produxit. Habet residentiam ligneam ad capellam sitam cum atrio, hypocaustis et cameris pro se et familia. Item hollodium, stabula. Est adhuc alia capella extra oppidum sita, murata, scandulis tecta, tituli s. Annae, cuius pavimentum asseribus stratum et tabulatum. In qua capella sunt altaria 3 lignea, antiqua, depicta cum mensis ligneis et portatilibus. Maius tituli s. Annae, II ss. Trinitatis, III s. Spiritus. Turricula in medio tecti supra capellam, in qua est campanula. Eadem capella foribus ligneis claustro provisus occluditur. Coemeterium sepimentis ligneis circumductum, quod porta 1 clauditur. Haec capella nullam habet dotem, tamen in illa absolvuntur missae sacrificia pro festo s. Annae et aliis diebus. Est etiam presbyter tl. Joannes Łupkowski, annorum 54, ordinatus ad presbyteratum a. 1705, die 19 XII per tl. Casimirum Lubieski, qui penes ecclesiam parochialem oppidi kozięgłowski moratur, nullum habens titulum, qui licet obtinuerit in officio cracoviensi libertatem a provisione et absolutionem ab excommunicatione contra vagos presbyteros ad male narrata asserens se hoc altare in Kozięgłowy, quod in rei veritate non fuit nec est, solummodo per convivium tl. praepositi ibique residet. Ordinatio pro ecclesia parochiali in oppido Kozięgłowy: Tl. Matthaeo Marchocki, loci huius rectori, quaedam nonnisi puncta ex immediate peracta visitatione nostra eidem asservanda iniungimus et praesenti decreto nostro intimamus, nimirum ut per catecheses et familiares sermones singulis diebus dominicis et festis populos curae suae rectorali a Deo commissos scitu necessaria ad salutem sive per se sive suum vicarium ambulando per ecclesiam breviter et facilius instruat et doceat, ciborium, habitaculum Dei, elegantiori formae extruat, baptisterium solidius replet, illud depingi iubeat, piscinulam omni meliori modo provideat, ne aqua inde defluat, pavimentum et tabulata putrefacta quantocius restauret, in maiori altari portatile apponat, ruinae columna-

rum muratarum ecclesiae suae per reparationem indilatam provideat, diebus solemnioribus pro missa conventuali ad minus 4 candelas accendere iubeat, tapetes non suo sumptu comparatos sed benefactorum praeliberalitate ad ornamenta ecclesiae datos applicatos et ordinatos et pro usu domus suae plebanalis non adhibeat, nec personis saecularibus aliquando accomodet, indulgentias, quas habere se dicit, non tamen easdem coram nobis exhibuit, tl. decano in proxime sequenti congregatione alias officio ordinario praesentet, organum ecclesiae dissonum ac immodulatum reformet, ad carbonam ecclesiasticam, ubi collectae eleemosynae solent asservari, seracula bina apponat, a quibus unam clavem ipse habeat, alteram provisores ecclesiae retineant. Tl. Joannem Lupkowski presbyterum, nullo titulo ad ecclesiam parochialem kozięłowiensem commorantem, imo scandalose et excessive viventem, eundem ab ecclesia sua indilate amoveat vel eundem officio cracoviensi deferat. Olea sacra a decano loci iuxta consuetam praxim, usum et consuetudinem semper recipiat. Sanctissimum quolibet die octavo renovet, caeteraque pastoralia munia et officia gerat et exequatur. Ordinatio pro capella s. Barbarae in oppido Kozięłowy: Etsi tl. Sebastianus Maguderski, praebendarius sive capellanus hospitalis s. Barbarae per literas nostras edictales alias per processum a nobis eo nomine editum ad remonstranda et producenda iura suae capellae et respective hospitalis tempestive requisitus, obdestinatus et monitus fuerit, nihilominus erectionem suae capellae in actu visitationis non produxit, taliterque mandatis nostris imo verius tl. principis contravenit, neque nos de muniis, obligationibus et incumbentiis suis docuit, eundem tl. capellanum pro huiusmodi contumacie et respective animadversione necnon productione iurium coram officio tl. principis facienda ad idem officium remittimus, propterea monemus, quatenus provisores hospitalis de proventibus calculationem faciant, dictus vero capellanus hospitalis atque s. Barbarae turriculam in medio ecclesiae consistentem lapsui obnoxiam reparet, proventus, redditus, emolumenta et census retentas vindicet, pauperes in hospitali tot foveat, quot erectio praescripsit, specificavit et ordinavit, in aliis officiis ita se operosum, vigilem et diligentem exhibeat, qualem et status et obligatio et vocatio requirit, ne suum ministerium a Deo et hominibus culpetur ac vituperetur, praesentemque nostram reformationem in sequenti congregatione decanali producat.

Kozięłowy Antiqua. 26 I 1721

Haec villa episcopalis in ducatu severiensi in decanatu bythomiensi, in qua est ecclesia parochialis tituli s. Adalberti, murata, testudineata. Ibidem ciborium ligneum, decenter exstructum tam intus quam extra coloribus ornatum ac inauratum, bene et firmiter clausum, in quo Sanctissimum suppositio corporali in pixide argentea intus et extra inaurata asservatur. Expositiones fiunt in festo paschali, infra octavam Corporis Christi et pro festo s. Antonii. Reliquiae reperiuntur in arcula argento circumducta vitro desuper clausa s. Venerandi martyris, admissae per tl. olim Nicolaum Oborski, episcopum-suffraganeum; expositae in altari s. Antonii. Fons baptismalis lapideus ad parietem ecclesiae situatus, bene clausus, continens in se pelvim aeneam pro conservanda aqua benedicta. Ibidem piscina ad gradum eiusdem fontis pro conservandis stropholis a baptismatis reperitur. Olea sacra in vasis stanneis 3 iunctis, in IV seorsivo ad infirmos in armariolo ecclesiae parieti prope ad fontem affixo servantur. Altaria: Maius ligneum, decenter exstructum, coloribus variis adornatum, continens in se imaginem BMV Maioris, mensam habens muratam cum portatili infixo gradus habet 2 ligneos. II altare collaterale a parte evangelii ligneum, picturis adornatum et inauratum, continens in se imaginem expirantis Christi Domini, mensam habens muratam cum portatili, III ex altera parte ligneum, similis formae et picturae cum imagine s. Baptistae, mensam habet muratam cum portatili. Sacrarium muratum, testudineatum, foribus ferreis, claustro et seris binis bene provisum, in quo sunt armaria eleganter exstructa pro conser-

vanda supellectili ecclesiastica. Ex hoc sacrario est fornix muratus, testudineatus pro argento et pretiosiori supellectili ecclesiae servando, foribus ferreis debita clausura provisus clauditur. Ibidem est scrinium pro argento conservando. Suggestus ligneus parieti ecclesiae a parte evangelii affixus, decenter extractus et coloribus depictus. Confessionalia 2 commode extracta, rubro colore adornata. Scamna lignea bene disposita et picturis ornata. Chorus pro cantoribus parieti affixus, picturis ornatus, supra fores maiores ecclesiae, in quo est organum 8 vorum cum tympano, sculpturis et coloribus adornatum. Labrum lapideum ad fores ecclesiae pro aqua benedicta. Capella in hac ecclesia tituli s. Antonii de Padua, murata, forniceata, picturis eleganter ornata, per tl. Andream Znoiecki, decanum pilicensem, parochum huius loci erecta, in qua sunt altaria maius ligneum, decenter extractum, picturis adornatum et inauratum, imaginem gratiosam s. Antonii in se continens a Pio IV, summo pontifice, benedictam, ac per tl. fratrum Laurentium Zaczkowski, ordinis s. Francisci Conventualium, Roma allatam, prout ex testimonio in scripto per parochum producto deducitur. Hoc altare habet mensam muratam cum lapide consecratam. Item altare minus ligneum a parte dextra, picturis ornatum cum icone s. Iosephi cum portatili. Suggestus ligneus parieti affixus, chorus pro cantoribus ligneus supra fores similiter prout et suggestus picturis eleganter adornatus, in quo est organum 8 vorum. Scamna bene disposita et locata. Pavimentum asseribus stratum. Ingressus ad hanc capellam ex ecclesia est duplex cum duplicibus foribus ferreis et quidem ex maiori choro cratera, ex minori ferreae bene provisae. Item ex minori ferreae bene provisae. Item ex coemeterio sunt fores lignee ferro obductae, claustris firmis provisae occluduntur. Confraternitas in hac capella est s. Antonii, anno 1681 cum scitu loci ordinarii per superscriptum tl. Znoiecki introducta, cuius confraternitatis promotor est parochus pro tempore existens. Carbonae sunt 2, una in ecclesia, a qua habent vitrici ecclesiae clavim unam, alteram parochus, quae vero est in capella s. Antonii, eandem disponunt seniores a confraternitate electi, qui de perceptis et expensis faciunt certis temporibus calculum in praesentia parochi. Ecclesia, quando consecrata, non constat, sed anniversariam dedicationis diem observant dominicam I post festum s. Francisci. Fenestrae tam in ecclesia quam in capella sunt integrae. Ecclesia ipsa habet fores binas, minores cum porticu, maiores vero sub choro lignee, utrasque claustro seris et fulcro bene provisae. Item est turris seu campanile ligneum annexum ecclesiae, in quo sunt campanae 3, 1 maior, 2 minores, IV in turricula in medio ecclesiae. Coemeterium ex una parte ecclesiae muro et ex altera sepimentis ligneis circumductum, scandulis tectum, in quo coemeterio ossarium muratum.

Redditus ecclesiae parochialis in Antiqua Koziegłowy: Imprimis habet agros, videlicet in Chłodno stadia 5, quodlibet stadium continet in se sulcos 18, item in Chyb stadia 11, quodlibet stadium habet sulcos 18. Item stadia 10 versus Dębyczyn in quolibet stadio numerantur sulci 18. Item sub Ciemczym stadia 8. Item sub Smardzow inter prata stadium 1 sulcorum 18. Item habet prata 4 in locis per inventarium specificata. Item habet piscinas in universum 6 et pascuum pro equis vulgo Pasternik. Item habet decimam manipulearem ex villis Lgota, Markowie, Zeniszow, Winowno post agros incolarum et scultetorum. Item ex agris scultetialibus villae Zelisławice et Czekanka, item ex agris praedialibus et hortulanorum villae Stara Kuznica. Item habet decimam pecuniariam ex molendino Smarzowski dicta. Item ex molendino Bukal fl. 3 et ex molendino Oczko dicto fl. 2. Item habet agrum Jabłonkowska dicitur a tl. Nicolao Jelszcz ecclesiae donatum. Item habet piscinam Kurzowska dictam per tl. Bartholomaeum et Annam Fryzowieconinger donatam. Item habet subditos in fundo ecclesiae locatos inquilinos 5, qui septimanatim laborant per 1 diem. Dos capellae s. Antonii: 1) Habet census capitalem 1000 fl. pol. in bonis villae Cwyczysze in ducatu severiensi consistentis, una cum censu per 6 a cento, 2) habet summam capitalem super agro Nowakowska dicto fl. 700 per testa-

mentum tl. Znoiecki legatam, 3) habet summam 660 fl. pol. Item habet alias summas pro capella s. Antoni legatas, in inventario specificatas, a quibus in parte accipit censum, ab aliis nihil. Quoad obligationes respectu censuu tenetur parochus sive per se, sive per vicarium absolvere in capella s. Antonii imprimis qualibet feria III votivam de s. Antonio, item qualibet feria VI missam de requiem pro fundatore, item missas de requiem pro anima Catharinae Cieszkowska 42 per annum, item pro anima Joannis Reczynski missas 14, item pro anima Joannis Gorzkowski, sacerdotis, missas per annum 14, item pro anima Annae Krzeminska missas per annum 7, item pro anima Stanisłai Zaboklicki quolibet quartuali missam 1, item pro anima Agnetis Grotowa missas 12, item pro anima Andreae Jalkowski quolibet anno missam 1, item pro omnibus animabus anniversarium 1 per annum, signanter pro animabus suffragiis carentibus. Item est capella extra ecclesiam in eadem Kozięgłowy per tl. olim Dominicum Kotwicz in fundo dotali ecclesiae erecta, lignea in honorem ss. Sebastiani, Rochi et Rosaliae, sed propter subsecutam mortem praefati Kotwicz non est finita. Item est altera capella in villa Pinczyce honori s. Michaelis dicata per tl. olim Joannem Pychowicz de licentia tl. loci ordinarii benedicta in fundo praedii eiusdem villae Pinczyce situata, in qua celebratur cum licentia officii ordinarii et consensu tl. parochi, praecipue bis in anno solemniter, videlicet festo principali s. Michaelis et festo s. Mariae Magdalenae. Haec capella est ex ligno constructa, imaginibus infra specificatis adornata, cum pavimento asseribus strato et scamnis ex utraque parte bene compactis. Habet altaria 2: Maius s. Michaelis per partes deauratum habet et coloribus pictum cum sculptura a lateribus deargentata. In superiori contiguitate est imago BMV in circulo, ante quod altare gradus 1 ligneus. II s. Mariae Magdalenae etiam coloribus depictum cum sculpturis. Haec 2 altarie habent mensas ligneas cum portatilibus. Suggestum quoque habet parieti affixum cum 4 gradibus et cum tabulato nigri coloris. Chorus pro cantoribus ex crate lignorum vulgo balasy dictis. Est etiam armarium penes altare s. Mariae Magdalenae pro conservando apparatu ecclesiastico. In hac capella sunt fenestrae bonae, integrae, fores quoque ad egressum ligneae cum debita clausura et sera pensili. Turricula vero in medio tecti supra capellam in qua est campanula.

Rector ecclesiae parochialis in Antiqua Kozięgłowy est tl. Stanislaus Joseph Lelowski, iuris utriusque doctor romanus, archidiaconus pilicensis, annorum 35, presbyter factus a. 1708, die 23 IX per tl. Michaellem Szembek, institutus ad hanc ecclesiam a. 1716, die 23 V. Approbationem produxit. Habet residentiam pro se seorsivam et aliam pro familia cum horreis, hollodiis, stabulis. Fovet vicarium tl. Andream Tyrałowicz, ad eundem ecclesiam quondam provisum, institutum capellanum s. Rosarii in oppido Kozięgłowy et videatur in statu circa ecclesiam oppidi in Kozięgłowy. Habet residentiam ligneam, in qua hypocaustum cum cameris et stabula, quem salariat iuxta conventionem. Similiter et cantorem, organarium, qui iuventutem exercet in literis. Isti habent residencias ligneas cum hypocaustis et cameris simul cum schola, ad quas sunt stabula. Ad hanc ecclesiam iure parochiali pro administratione sacramentorum spectant villae Antiqua Kozięgłowy, Pinczyce, Markowice, Winowno, Zeniszów, Lgota, Mysłów, Kuznica Stara et praedium antiquum Osiek cum deserta villa Koczlin, ex quibus ad confessionem paschalem numerantur personae 405. Ordinatio pro ecclesia parochiali in Antiqua Kozięgłowy: Ut cum magna diligentia, cura, sollicitudine sacramenta fidelibus administrentur, ne frustrentur, salute parochis invigilandum est. Proinde tl. Stanislaus Lelowski, u.i. doctor romanus, ecclesiae catholicae pilicensis archidiaconus, loci huius parochus, puncta sequentia ex praesenti visitatione promanantia adimplebit: Nimirum singulis diebus dominicis et festis parochianis suis faciliter, breviter catechisabit, de tradita et exposita doctrina christiana eosdem moviter et charitative deambulando per ecclesiam per interrogationes et quaestiones ex rudimentis fidei examinabit. Coemeterium ecclesiasticum in locis reparatione indigentibus re-

staurabit, monstratorium firmabit, melchisidech eiusdem monstratorii meliorabit. Facultatem pro expositione Sanctissimi respectu festorum et rosarianae devotionis ad praescriptum constitutionis synodalis Lubienianae ab officio ordinario procurabit, aedificia plebanalia et domum vicariam in sartis tectis conservabit et in nonnullis locis restaurabit, obligationibus, foundationibus satisfaciet, quas in tabella eo nomine comparanda pro exactiori memoria conscribi curabit et in sacrario appendet, quolibet die octavo Sanctissimum renovabit, dispensationem super retentione beneficiorum per se possessorum, videlicet s. Stephani Cracovia, in Kozięłowy et ad archidiaconatum pilicensem incorporata parochia in officio tl. principis producet, caetera omnia pro officio geret, faciet et exequetur, mercedem copiosam laboris a Deo recepturus.

Siewior oppidum. 28 I 1721

In hoc oppido est ecclesia parochialis tituli s. Mathaei apostoli, iurispatronatus tl. principis episcopi cracoviensis, ducis Severiae. In qua ecclesia Sanctissimum in ciborio novo bene clauso in mensa maioris altaris locato in pixide argentea supposito corporali asservatur. Expositiones et processiones cum Sanctissimo fiunt diebus solemnioribus sacri Paschatis, infra octavam Corporis Christi et aliis solemnitatibus respectu confraternitatum. Reliquiae sunt in 2 tecis argenteis, rotundis, vitro clausis, quorum sanctorum an authenticae, non constat. Fons baptismalis ex lapide decenter elaboratus cum unico gradu et tegeticula lignea, firmiter clausus, in quo est lebes aeneus pro conservanda aqua lustrali. Piscina non procul a gradu eiusque fontis reperitur. Olea sacra in vasis stanneis 3 in armariolo in muro excusso decenter servantur et bene clauduntur. Altaria: 1) maius ligneum per partes deauratum, cum mensa murata, consecrata. Hoc altare continet in se imaginem BMV eleganter depictam, 2) altare a latere dextra ligneum, picturis adornatum, per partes inauratum, continet in se imaginem s. Annae cum mensa murata et portatili, 3) altare ligneum ad latus sinistrum altaris maioris, picturis ornatum, cum mensa lignea et portatili, continens in se iconem s. Antonii de Padua, 4) altare in choro maiori a parte dextra situatum, ligneum, per partes deauratum, in cuius medio est imago Crucifixi sculpta, mensam habens ligneam cum portatili, 5) altare in maiori choro itidem situm, ligneum, picturis adornatum, maiori ex parte deauratum, Literatorum dictum, continet in se imaginem BMV Maioris et votis argenteis adornatum, cum mensa murata et portatili, 6) altare ligneum a latere altaris Literatorum, exstructum simplicis formae, tamen per partes inauratum, continet in se imaginem s. Iosephi depictam, cum mensa lignea et portatili, 7) altare minus, ligneum, operis sculptorii in capella Praesentationis BMV intra ecclesiam fundata, in quo altari est imago BMV Myslovicensis, miraculis clarae, cum mensa murata et portatili, in qua capella cursus de BMV per ministros ecclesiae qualibet die decantatur. Sacrarium ecclesiae muratum, forniceatum cum foribus ferro obductis, seramento provisus occluditur, in quo sunt mensa cum armariis bene dispositis pro conservatione supellectilis ecclesiasticae. Suggestus ligneus, decenter exstructus, variis coloribus adornatus, parieti affixus. Confessionalia 2 lignea, picta, suis in locis locata. Chorus pro cantoribus ligneus, pictus, parieti ecclesiae annexus, ad quem chorum est ingressus ex campanili, bene foribus provisus, in quo choro est organum cum pedali vocom minorum 9, maiorum 5. Item aliud organum in eodem choro vocom 8, sed notabili indiget reparatione. Scamna in minori choro ex utraque parte ad parietes ecclesiae alias Formy picturis ornata, in maiori choro scamna minora in partes divisa, bene disposita. Carbona ecclesiae, ad quam ex piis legatis oblati, obventionibus et accidentiis devoti populi colligitur per campanatores asservatur, per eosdemque regestrum perceptarum et expensarum pro variis necessitatibus ecclesiae connotatur. Confraternitates in hac ecclesia sunt 2: 1 fundata et dodata et quidem confraternitas Christi Domini per tl. olim Nykowski, II confraternitas s. Scapularis quo anno fundata et erecta non constat, ex quo non fuerunt pro-

ducta iura et erectiones earumdem confraternitatum. Ecclesia ipsa murata ex lapide cocto, scandulis tecta. De erectione et consecratione eiusdem quo anno, non constat, tamen diem dedicationis ab antiquo observant dominicam I post festum Decolationis Joannis Baptistae. In eadem ecclesia pavementum in maiori horo asseribus stratum, in minori vero ex lapide quadrato. Tabulatum antiqua pictura ornatum. Fores habet bene provisatas et quidem a residentia praepositorum cum porticu bene claustris et series pensilibus provisatas, quibus occluditur. Item alias fores habet intrando ecclesiam ex campanili bene fulcro et sera pensili provisatas, quibus clauditur. Campanile ligneum ecclesiae iunctum, scandulis tectum, in quo sunt campanae 2 maiores, III in turricula supra ecclesiam in medio tecti. Coemeterium sepimento ligneo circumductum, quod habet portas 3, unam ad septentrionem, alteram ad meridiem, III ad occidentem, quibus clauditur. Proventus ecclesiae parochialis severiensis: Imprimis habet agros, videlicet laneum penes ecclesiam s. Joannis Baptistae, qui incipit ab horreis civium et extenditur usque ad fluvium Przemsza dictum, longitudinis stadiorum 20, latitudinis sulcorum 12. Item in alio loco penes viam in Przeczycze habet agri 3 stadia, latitudinis sulcorum 18. Item in III loco sub villa Boguchwałowice habet agri stadia 4, latitudinis 8 sulcorum. Item in IV loco penes viam in Mierzęcice habet agri stadia 9, latitudinis sulcorum 12. Item in V loco immediate circa capellam s. Joannis Baptistae habet arvom agri longitudinis 12 stadiorum, unumquodque stadium continet in se sulcos 100 plus vel minus. Item in VI loco penes viam Żętkowskie dictam habet agri stadia 6 latitudinis 80 sulcorum. Item in VII loco penes viam Brudzowice habet arvom agri inter paludes longitudinis 1 stadii latitudinis sulcorum 50. Item habet prata: I in loco Koszki dicto, II in loco Wilczy Wierz dicto, III in loco Statki, IV in silva in loco Bacholin dicto. Item habet villam Wąrzyn supra eundem fluvium Przemsza, in ea 6 cmethones, tabernatorem 1, quae villa contingit cum villis Woykowice, Przeczycze, Dąbie. Item habet decimam manipulare: ex agris civium recenter extirpatis, ex antiquis autem pecuniariam. Item alteram decimam de villa Trzebieszawice, item de villa Wieysce integram, item de villa Boguchwałowice etiam integram, item de villa Dziewki ex agris praedialibus tantum, item de villa Zelisławice tantum ex uno agro tabernatoris, item de villa Brudzowice integram, item de villa plebanali propria Wąrzyn integram, quae villae omnes decimantur. Item habet ex theloneo episcopali fl. 20 annuos, quos pro emendo vino ad missae sacrificium per antecessores Cracovienses donatos esse. Item in fundo plebanali est casa noviter aedificata, in qua manent subditi 3 praepositorum, qui singuli per 1 diem pedestem in septimana tl. praeposito laborare tenentur. Item habet summas capitales pro decantando cursu in capella Praesentationis BMV et quidem in villa Boguchwałowice fl. pol. 2000, item in villa Pienczyce 2000, in villa Twardowice 2000, in villa Dobieszowice 2000, in villa Dąbie 1300, item in villa Wieysce 1300, item in villa Chroszczobrod 1000. Item habet summas ad confraternitatem Passionis Christi spectantes, utpote in villa Pienczyce fl. 6000, cuius summae vindicatores sunt consules severienses, de qua solvere debent qualibet septimana tl. praeposito parochiali vel eius vicario vel cui licuerit pro votiva de Passione fl. semiduos, organario vero et cantori pro decantando Passione 3 fl. pol., pauperibus vero 30 per 3 grossos cuilibet illorum. Item pro sacrario 30 fl. quotannis. Item a tl. praeposito quotannis 12 fl. pro attententia consulibus 20 fl., aliis ut fusius in erectione eiusdem summae docetur, cuius fundator est tl. Rykowski. Item habet summas ad confraternitatem s. Scapularis spectantes: fl. pol. 100 per tl. Lucam Kaszkowic et Annam Cybulowna coniuges in fundo suo civitatensi alias na Przymiarku za Rowy dicto inscriptam, a qua summa census provenit fl. 6 ab a. 1701, prout inscriptio sonat. Item tl. Bętkowscy coniuges inscripserunt summam 100 fl. pol. in bonis suis, a qua debent censum persolvere annuatim fl. 6 confraternitati s. Scapularis pro festo ss. Simonis et Judae. Item tl. Paulus Borowy accepit summam capitalem 200 fl. pol., quam in fundo Kamienniczy

dicto prope horrea civitatensia iacente inscripsit, a qua summa census fl. 12 persolvere tenetur tali modo, ut quolibet mense 1 fl. solvat pro missae sacrificio, videlicet pro anima fundatoris huius confraternitatis absolvenda. Rector sive praepositus ecclesiae parochialis severiensis tl. Georgius Antonius de Miroszowice Miroszowski, canonicus cracoviensis in Mysłowice, praepositus praesentatus et institutus ad hanc ecclesiam per olim tl. Casimirum Lubienksi a. 1714, die 24 XI, introductus per tl. Aleksandrum Witinski, canonicum pilicensem, parochum Chroszczobrodensem in praesentia decani loci etc. Habet tl. praepositus pro residentia sui domum ligneum cum 2 contignationibus et atriis. In inferi contignatione est atrium cum culina et camino bene exstructa, in quo atrio est hypocaustum commodum picturis adornatum cum 4 fenestris et camera cum 1 fenestra. Ex opposito istius hypocausti sunt 2 camerae, una maior, altera minor. In superiori contignatione, ad quam sunt gradus lignei, itidem est hypocaustum cum camera, fenestris et fornace similiter picturis adornatum. Ex opposito eiusdem hypocausti sunt camerae 2 cum fenestris. Haec residentia scandalis tecta prout et hollodia. Item ex opposito eiusdem resedentiae est hypocaustum cum camera pro familia et alia aedificia, utpote stabula, item granarium novum. Fovet commendarium tl. Joannem Kitel ex dioecesi wratislawiensi dimissum, prout ex libris ordinationis ipsius constat, annorum 33, ordinatus ad provisionem seminarii Cracoviensis, presbyter factus a. 1717, die 27 XI per tl. Michaelem Szembek. Approbationem produxit. Habet pro residentia mansionem ligneam commodam cum atriis, in quo hypocaustum cum camera, item stabula, quem tl. praepositus salariat iuxta conventionem. Fovet cantorem, organarium et calicancistam. Qui organarius exercet iuventatem in literis. Singuli habent mansiones commodas simul cum schola, ad quam sunt stabula. Salariatque eos tl. praepositus annuatim iuxta conventionem. Est etiam ecclesia sive capella extra oppidum Siewior sita, murata, scandulis tecta, antiqua, a. 1612 cuiusdem benefactoris cura et sumptu restaurata ac eodem anno per tl. olim Nicolaum Oborski die 20 V in honorem s. Valentini consecrata, cuius anniversarium dedicationis diem observant dominicam I post festum s. Crucis. In hac capella sunt altaria 3: Maius ligneum, picturis adornatum in honorem s. Valentini exstructum, mensam habens muratam consecratam, in qua locatum est ciborium ligneum decenter exstructum et bene clausum, sed in eo raro Sanctissimum asservatur, II altare a parte dextra sculptum in honorem s. Spiritus, III a sinistra parte etiam sculptum BMV in coelum assumptae. Haec altaria habent mensas muratas et consecratas. In eadem capella est sacrarium muratum, foribus ligneis claustro provisus occluditur, in quo sunt mensae pro conservanda suppellectili eiusque capellae. Suggestus ligneus parieti affixus simplicis formae. Chorus pro cantoribus parvus ligneus, in quo stat organum, sed destructum. Pavimentum asseribus stratum, tabulatum, picturis ornatum, ostiis ligneis bene provisus clauditur. In medio tecti supra capellam est turricula, in qua campanula parva. Coemeterium sepiementis ligneis obductum, quod porta una clauditur. Ad hanc ecclesiam sive capellam s. Valentini est hospitale pauperum ligneum, scandulis tectum cum hypocaustis et cameris distinctis. Manentque in ipso pauperes 11, quod hospitale habet provisores ex oppido Siewior. Proventus huius capellae s. Valentini. Imprimis habet agrum Niwa dictum, latitudinis sulcorum 60, longitudinis unius stadii versus Koziegłowy, ad quem agrum est hortus sulcorum 6. Item habet agrum Piotrowska dictum, latitudinis sulcorum 20, longitudinis 5 stadiorum. Item habet agrum post capellam s. Joannis versus Woykowice latitudinis sulcorum 60, longitudinis semiduorum stadiorum. Item habet agrum Niwa dictum latitudinis sulcorum 100, longitudinis stadiorum 2. Item habet agrum Niwki Rychlowskie dictum versus villam Dziewki penes paludes. Item habet agrum itidem Niwa dictum post pontem Piwonski dictum versus Krzyminda, latitudinis sulcorum 60, longitudinis 2 stadiorum, ad quem agrum est pratum. Item habet agrum Niwa dictum versus villam Lavow in loco Bacholiny dicto penes

paludem latitudinis sulcorum 40, longitudinis stadiorum 2. Item habet hortum penes hortum Domagalinskie dictum versus capellam s. Sophiae sulcorum 13, penes quem est pratum. Item habet hortum alium post capellam s. Sophiae sulcorum 12 penes hortum plebanalem. Item habet hortum post hollodium Mamczyna dictum, sulcorum 20 penes quem est pratum. Item habet hortum post capellam s. Leonardi, Klisiowski dictum, latitudinis sulcorum 16. Item habet hortum versus capellam s. Joannis sulcorum 20. Item habet pratum in loco dicto Wielkie Łazy versus capellam s. Leonardi. Item habet pratum in loco Bacholin dicto sub Brudzowice. Item habet decimam manipularem ex villa Stowik et Dobieszowice. Item habet stagnum versus Sulikow, ex quo colliguntur feni 3 currus. Item habet stagnum post balneas civitatenses, quod vocatur Spitalne. Item habet stagnum post viam koziegłowiensem penes praedictum Spitalne, ex quo non percipit fructum. Item habet piscinam post viam Koziegłowiensem. Item habet fundationem a tl. Christophoro Twardowski ex praedicta villa Trzebieszawice, videlicet 12 verteliones siliginis pro festo s. Martini. Item ex eodem villa a cmethonibus habet ab unoquoque per 4 gallos et ova 30. Item ab inquilino eiusque villae gallos 2 et ova 15. Item habet summias capitales, ex quibus percipit censua 1/in bonis villae Sarnow fl. 1360, 2/in villa Pinczyce fl. 500, 3/in villa Zelisławice fl. 150, 4/in villa Przeczow fl. 400, 5/in villa Sarnow fl. 100, 6/in villa Woykowice Koscielne fl. 400, 7/in fundo civitatensi arendario fl. 200, 8/in fundo I. Janicki fl. 250, 9/apud Sam fl. 100. Eiusdem capellae s. Valentini et confraternitatis Compassionis Christi capellanus tl. Melchior Perzowski annorum 62, ordinatus ad presbyteratum a. 1692, sabbatho ante festum s. Mathaei per tl. Michaellem Szembek, institutus ad hanc capellam a. 1716 die 22 VI ad praesentationem magistratus severiensis. Approbationem produxit. Habet domum pro residentia sui maiorem ligneam cum atrio, in quo hypocaustum cum camera habet et aliam mansionem minorem, in qua saepius residet, ad quas mansiones sunt stabula. Est etiam capella Decollationis s. Joannis ex lapide secto extracta, antiqua, scandulis tecta, in qua est altare ligneum tituli eiusdem sancti. Suggestus ligneus. Tabulatum et pavimentum antiquum asseribus stratum. In medio tecti supra capellam est terricula habens in se campanulam parvam. Foribus ligneis claustro provisus occluditur. Item est alia capella tituli s. Leonardi lignea, scandulis tecta, in qua est altare ligneum, continens in se imaginem BMV ad Nives, habens mensam ligneam cum portatili. Suggestus ligneus antiquus, pavimentum asseribus stratum, antiquum et tabulatum. Campanula parva. Porta una lignea claustro provisus occluditur. Hae 2 capellae nullam habent dotem, tamen in illis missae sacrificia asolvuntur diebus solemnioribus. Item est adhuc capella s. Sophiae lignea, minuta, antiqua, nullam habet dotem, in qua est altare ex asseribus, continens in se imaginem s. Sophiae cum mensa lignea sine portatili. Fores habet ligneas, malas quibus non clauditur. Penes hanc capellam sepulta sunt corpora fidelium tempore pestis demortuorum. Ordinatio pro ecclesia parochiali in oppido Siewior: Quanti momenti sit cura animarum, docet s. Gregorius. Meritoque quilibet curatus nullam maiorem diligentiam in exequendo suo munere existimabit, quam ut ad amussim eandem curam animarum exerceat. Cum igitur ecclesiae loci huius praepositus tl. Georgius Antonius de Miroszowice Miroszowski, ecclesiae cathedralis cracoviensis canonicus hactenus ob functionem publicam Tribunalis Regni ex tl. capitulo cracoviensi iudex deputatus Lublini resideat, tl. Commendario tamquam locum tenenti tl. praepositi sequentia puncta, quae in huiusmodi visitatione observavimus ad exequendum et ad explendum intimamus, nimirum occurrendo lapsui baptisterii, ne aliquando cadat, idem quanto citius consolidandum ac firmandum est. Columnae muratae ecclesiasticae et scissurae murorum tempestive reparandae, erectiones, fundationes confraternitatum, altarium necnon inscriptio fundationis pro iuvenibus in universitate cracoviensi studia tractantibus et alia documenta iura ecclesiam concernentia in manibus civium severiensium existentia ab iisdem omnino recipienda et in

unum librum conscribenda sunt. A carbona eleemosynarum pro usibus et necessitatibus ecclesiae colligi solitaris 2 clavae habentur, quarum 1 a tl. praeposito nunc et pro tempore existenti vel de ipsius scitu a tl. commendario, altera vero ab aedituis ecclesiae pro semper retineatur. Regestrum perceptarum et expensarum eleemosynarum fideliter notetur, crebra expositio Sanctissimi pro-textu confraternitatum sine speciali licentia officii ordinarii iuxta constitutiones synodales Lubienscianas cap. XV de expositione Sanctissimi etsi concessa fuerit, ad minus luminaria 6 adhibeantur, nec Sanctissimum nisi a presbyteris superpelliceo, stola et cappa indutis exponatur. Presbyteri plures ad munia ecclesiastica obeunda necessarii illique apti habiles et idonei ad rite serviendum Deo in statu ecclesiastico docti, in potu sobrii moderati foveantur, schola pro educatione iuvenum adolescentumque per cives restauretur ac pro instituenda eadem iuventute subiectum aliquod capax conducatur. A provisoribus tam hospitalis quam confraternitatum singulis annis calculatio de perceptis proventibus et expensis debite factis recipiatur. Pauperes in hospitali manentes, ne in suis redditibus defraudentur, desuper attendatur, libri baptisatorum, copulatorum, mortuorum cum diligentia et maiori sedulitate indilate scribantur, Sanctissimum quolibet die octavo renovetur, aliaque officia sedulo observentur.

Chroszczobrod, 29 I 1721

In hac villa est ecclesia parochialis tituli Visitationis BMV et s. Stanislai episcopi, s. Bernhardi confessoris. Iurispatronatus haeredis eiusdem villae, in qua ecclesia ciborium ligneum, picturis adornatum, in quo Sanctissimum in pixide argentea asservatur. Expositiones fiunt pro festis paschalibus, infra octavam Corporis Christi et tempore indulgentiarum, quas habet pro festo Visitationis BMV et s. Annae respectu confraternitatis. Fons baptismalis ligneus in medio ecclesiae situs, non adeo bona sera clausus, in quo est lebes aeneus pro conservanda aqua lustrali. Olea sacra in vasis 3 stanneis in armariolo parieti affixo asservantur. Altaria 3: Maius ligneum depictum, antiquae formae, tituli Visitationis BMV consecratum, cum mensa murata, II etiam ligneum picturis ornatum, veteris structure, tituli s. Annae, consecratum cum mensa murata, III ligneum, pictura ornatum, simplicis formae, tituli s. Nicolai, consecratum cum mensa murata. Sacrarium muratum, testudineatum, sed indiget reparatione, foribus ligneis ferro obductis claustro et sera bene provisus occcluditur, in quo sunt mensa cum armariis pro servanda supellectili ecclesiastica. Suggestus antiquus, ligneus, picturis ornatus, parieti ecclesiae annexus. Confessionalia 2 lignea, antiqua, chorus pro cantoribus ligneus, depictus, in quo stat organum vocum 7. Scamna lignea bene disposita. In hac ecclesia est confraternitas s. Annae, ad praedictum altare introducta, erecta et approbata a. 1683, sed sine dote, tantum ex eleemosyna necessaria eidem procurantur. Ecclesia ipsa lignea, scandulis tecta, consecrata a. 1466 per tl. Paulum episcopum-suffraganeum cracoviensem, cuius consecrationis dies anniversaria dominica ab antiquo assignata. Huius ecclesiae pavimentum asseribus stratum et tabulatum. Fores lignee bene claustro et sera provisae, quibus clauditur. Campanile ligneum, scandulis tectum, ecclesiae iunctum, in quo sunt campanae 2 maiores, III minor in turricula supra ecclesiam in medio tecti. Coemeterium sepimentis ligneis septum, quod portis 2 claudi solet.

Proventus ecclesiae parochialis in Chroszczobrod: Habet fundos sive agros, qui protenduntur ad extensionem domus plebanalis. In aliquibus locis sunt apti ad conseminandum, in aliquibus steriles ex eo, quod sint arenosi et lapidosi, vix intra aliquot annos possunt seminari. Item habet prata 2, unum ante tabernam, alterum ad terminationem villae. Item habet III pratum in loco Laski dicto, sed hoc est arbusitis occupatum nec exinde potest colligere fenum. Item in alio loco antea spectabat ad parochum pratum post fluvium, quod ob controversias inter haeredes respectu limitum initas est ademptum, ibidem tamen habet pa-

rochus stadiola 4, propter possessionem, quae stadiola parvum fructum parcho afferunt. Item habet stagnum, ad quod molendinum t. haeredis extat. Item habet census in villa Trzebieszawice summam capitalem 1400 fl. pol., item apud G. Myszkowski ibidem summam capitalem 400 fl., item apud tl. Jacobum Zarski in villa Gory summam capitalem fl. 1100. Item habet decimam manipulare ex agris tam praedialibus quam incolarum villae Chroszczybrod, quam propriis curribus et ex praedio ad horreum plebanale quotannis conducere debent. Item habet in villa Trzebieszawice decimam manipularem, quae varie locatur apud subditos eiusque villae. Item habet ex villa Wysoka Wies decimam, quae pecunia solvitur. Item ex agris ferricudinae Wiesielska dictae decimam pecuniarum iuxta librum Retaxationum. Item habet decimam ex fundis et agris villae Mierzowska, item ex fundis Szkorka dictis decimam manipularem, item in villa Tuczna Baba ex agris et fundis advocatorum alias po sołtysach. Haec decima ad organarium in Chroszczybrod pertinet. Item in bonis Trzebyczka, quae spectat vigore fundationis tl. principis Trzebicki ad ecclesiam in Golonog, respectu vero administrationis sacramentorum spectat IV grossus ad ecclesiam in Chroszczobrod. Sepimenta circa ecclesiam in Chroszczobrod tenentur parochiani reparare, quando necessitas postulaverit.

Rector sive parochus ecclesiae parochialis in Chroszczobrod est tl. Alexander Witynski, canonicus pilecensis, annorum 61, ordinatus ad provisionem patrimonii, promotus ad presbyteratum a. 1700, die 10 IV in ecclesia cathedrali plocensi per tl. olim Załuski, episcopum plocensem, institutus ad hanc ecclesiam eodem anno, die 21 IX. Approbationem produxit. Habet mansionem ligneam cum atrio, in quo sunt hypocausta cum cameris pro se et pro familia. Item habet allodia, granaria, stabula. Fovet organarium, qui simul cantoris officium agit. Hunc salariat annuatim iuxta conventionem, habetque domum pro residentia sui simul cum schola et alia aedificia ad usum necessaria. Ad hanc ecclesiam iure parochiali pro administratione sacramentorum spectant villae 6, ex quibus ad confessionem paschalem numerantur personae 300. Hospitale pro pauperibus ad hanc ecclesiam ligneam, in quo hypocaustum cum camera, manetque in eodem hospitali ad praesens pauper unicus, quod hospitale nullam habet dotem.

Ordinatio pro ecclesia parochiali in Chroszczobrod: Cum tl. Aleksander Witynski, loci huius parochus, boni pastoris muniis et officiis rite, debite et diligenter per Dei gratiam hactenus fungatur, populus parochianus ad exemplum eiusdem bene, ut recte supponimus, componitur, illiusque egregiis operibus illustratur. Caeterum pauca, quae in praesenti visitatione nostra observavimus ad ea exequenda praedictum tl. Witynski obligamus, nimirum, quatenus diebus dominicis et festis per catecheses et sermones familiares parochianis doctrinam catechisticam tradat, ne sibi obijciatur et exprobetur ille sacer s. Scripturae textus: „Parvuli petierunt panem et non erat, qui frangeret eis”. Unde in punctis necessitate medii et praecepti sunt instruendi et instituendi, plures enim pauperes rustici rudesque populi scitu necessaria ad salutem ignorant. Ad haec Sanctissimum quolibet die octavo renovari curet, seram ad baptisterium oppendat, lebetem fondis pro aqua lustrali dealbet, sarta tecta tam supra ecclesiam tam aedificia plebanalia meliore, libros proprios ecclesiae appromissas inventario ecclesiastico adjiciat atque inscribat, caeteraque boni pastoris et boni patrifamilias munia et officia iuxta exigentiam pro bono et decore Sponsae suae faciat, exhibeat et perficiat, recepturus a Deo omnipotenti mercedem copiosam pro digna muneris sui administratione.

(—) Dominicus Lochman, canonicus et archipresbyter cracoviensis, visitator delegatus.